ſerabilis. quarto apoſtrophat cõtra ſuos amicos. ſecũda
ibi Gliã felicis. tertia ps ibi. Mors hoium felix. q̃rta ibi.
qd me felicẽ. Prio facit. qđ dictũ ẽ. ſecũdo approbat di-
ctũ ſuũ ibi. Ecce mihi lacere. dicit prio. Ego boetiꝰ: qui
quondã. tpe pſpitatis. ſtudio meo florẽte peregi. i. cõpo
ſui. carmina. ſupple delectabilia ⁊ iocũda. nũc. tpe aduer-
ſitatis. flebilis. i. dignꝰ vt deflcã. Uel flebilis. i. triſtis. co
gor inire. i. icħoare meſtos modos. i. triſtia metra đ mea
miſia. ¶ Notãdũ ſicut dictũ fuit prius. boetiꝰ vtit̄ in hoc
libro tã ꝓſa q̃ȝ metro. metro q: talis modꝰ ſcribẽdi magiſ
fuit cõueniẽs ſue materie. ſicut eni potio curatiua q̃ ama-
ra ẽ delectabilius ſumit̄ ſi fuerit aliqua dulcedine pmixta
ſic rões pħie in proſa tradite libẽtiꝰ a boetio ſuſcipiũt̄ ſi
fuerint iocũditate metri dulcorate. Et iõ boetiꝰ nunc vtit̄
metro nũc proſa q: alternatis vti đlectabiliꝰ ẽ. Uñ auctor
poetrie. Quod ſapit inſipidũ vitioſa frequẽtia reddit. Itẽ
nota ꝙ boetius potiꝰ incipit librũ ſuũ a metro q̃ȝ a ꝓſa
q: modus ſcribẽdi metricꝰ magis fuit vſitatus apđ anti-
quos q̃ȝ proſaicus. Uel ideo q: metꝝ eſt delectabilius ꝓ
ſa. vt ergo magis alliciat audiẽtes ad ſuũ librꝝ: iõ in prin
cipio libri ſui vtit̄ metro. Itẽ nota circa litterã. ꝙ carmina
vno modo dicũt̄ ſcripta metrica certis pedibꝰ mẽſurata.
Alio modo dicuntur quecũqȝ dicta vel ſcripta et ꝓſaica
q̃ ſũt de re đlectabili: boetiꝰ aũt florente ſtudio cõpoſuit vt
plĩmũ carmia ꝓſaica de re delectabili. Edidit eni quedã
carmia pħica. q̃dã logicalia. q̃dã theologicalia ſicut patꝫ
reſpiciẽti eius diuerſos libros. Tempore aũt aduerſitatis
cogebat̄. boetiꝰ ad cõponẽdũ carmina metrica triſtia.
¶ Itẽ nota ſtudiũ ẽ vehemẽs applicatio ani ad aliqd agen
dũ cum bona volũtate. dico cũ bona volũtate. q: i mali-
uolã aiam nõ itrabit ſapientia hec Salomon. Et pfectio
diſcipuli in tribꝰ cõſiſtit. ex boetio de diſciplina ſcolariuꝫ
in attẽtiõe. docilitate. ⁊ bẽiuolẽtia. homini eni nolenti ſciẽ
tiam ⁊ vt oportet ſtudenti ipoſſibilis ẽ poſſeſſio boni. eu-
ſtratius prio ethicoꝝ. ¶ Itẽ nota ꝙ duplex eſt ſtudiũ flo
rens. ⁊ aridum. ad ſtudiũ florens tria exigũt̄. Primo req
ritur iuuẽtus. quia iuuenes pſpicatiores ſunt ſenibus. ſe-
nes aũt magis ſunt immẽores. Secũdo requirit̄ habitus
neceſſarioꝝ. quia natura per ſe non eſt ſufficiens ad ſpecu
lãdũ. ſed oportet neceſſaria exiſtere. ex quarto ethi. Ter-
tio reqrit̄ animi tranqllitas. que cõtingit per ſedationem
paſſionũ. q: aia in q̃ete ⁊ reſidentia fit prudẽs. 7. phiſicoꝝ
Ubi eni paſſiones dñant̄: ibi itellectꝰ obſcurat̄. Ideo boe
tiꝰ in fine hꝰ primi libri hortãdo nos ad fugã paſſionũ dic
Gaudia pelle. pelle timorẽ. Spemqȝ fugato. nec dolor ad-
ſit Nubila mẽs ẽ. vinctaqȝ frenis. Hec vbi regnãt. Stu-
diũ autẽ aridũ ẽ. ad qđ cõcurrũt oppoſite cõditiões. ſ. ſe-
nectus. neceſſarioꝝ defectus: ⁊ ai pturbatio. ¶ Nota ꝙ
verſus de miſeria dicũtur meſti modi. dicũtur eni modi
a modulando q: pedibꝰ modulant̄. ⁊ dicũt̄ meſti rõne ma
terie quia ſunt de triſti materia ſcilicet aduerſitatis.
¶ Nota ꝙ in primis duobꝰ verſibꝰ notat̄ antitheſis. i. cõ-
trapoſitio. dicit̄ eni i prio verſu quondã pegi. cui ꝯ̃riat̄ in
ſecũdo verſu cogor inire. i. incħoare. Itẽ dicit̄ in prio ver
ſu florente ſtudio. cui ꝯ̃riat̄ in ſecũdo flebilis. Itẽ dicit̄ in
primo verſu. carmina ſupple iocũda. cui ꝯ̃riat̄ in ſecũdo
meſtos modos. ¶ Itẽ notãdũ ꝙ boetiꝰ rõnabiliter deplã
git ſtatum ſuũ ex pte pmutatiõis ſtudii pħici qđ verſũ fuit
in ſtudiũ poeticũ. quo nunc cogebat̄ vti. Propoſuit enim
Boetiꝰ dolorẽ ſuũ metrice cõſcribere ⁊ nõ pħice ꝯſolari.
Nã ſtudiũ pħicũ eſt ſtudiũ veritatis. q: ſcđo metaphi. vo
cari pħiam ſciam veritatis recte ſe hꝫ. ſtudiũ aũt poeticũ ẽ
ſtudiũ falſitatis. Nã ex ꝓhemio metaphiſice. ſm prouer-
biũ mentiunt̄ multa poete. Item per ſtudiũ pħicũ acqui-
ritur beatitudo. ex. 10. ethicoꝝ. Per ſtudiũ autẽ poeticũ
falſitatis certitudo. ex. z. metaphiſice.

¶ Ecce mihi lacere dictant ſcribenda camene:
Et veris elegi fletibus ora rigant.

¶ Ecce mihi lacere dictant ſcriben ⁊c. Hic Boetiꝰ appro-
bat dictũ ſuum. dixit eni ꝙ cogat̄ inire meſtos modos. ꝗđ
ipſe probat. Secũdo reſpondet queſtioni ibi. has ſaltem.
Primo dicit. Bene dixi ꝙ cogor inire meſtos modos. ec
ce demonſtratio huius ad ſenſum. Nã camene. ideſt mu-
ſe poetice. lacere. i. lacerãtes mẽtes hoium. ille dictãt mi-
hi dicta ſcribẽda. ſupple carmina metrica. ⁊ elegi ideſt ver
ſus miſerie quos muſe mihi dictant. illi inq̃ȝ elegi rigãt
ideſt humectant ora. i. faciem meã veris fletibꝰ. ¶ Notan
dũ ꝙ ſm poetas. 9. fingunt̄ fuiſſe muſe in monte Elicone
iuxta fontẽ caballinũ. de quo fonte loquit̄. pſius in prici
pio libri ſui dicẽs. fonte caballino ⁊c. que muſe finguntur
poetis miniſtraſſe ſciam cõponẽdi carmina metrica. ⁊ iſte
muſe poetice vocabant̄ camene: quaſi canẽtes amene eo
ꝙ multũ delectant hoies rõne metri. ¶ Nota ꝙ ille mu-
ſe poetice dicũt̄ lacere actiue. q: lacerant. i. diſtrahũt mẽ
tes hominũ ſubijciẽtes ipſas diuerſis paſſionibꝰ nũc paſ
ſioni amoris. nũc doloris ſicut patꝫ p Ouidiuꝫ de amore
tractantem. ⁊ p alios poetas. vel dicũtur lacere paſſiue rõ
ne poematũ ſuoꝝ q̃ poemata dicũtur lacera: q: nõ ſũt fir
mitate ⁊ rõne ſtabilita. vbi notãdũ ꝙ q̃dã carmia dicũt̄ in
tegra: quedã lacera. Integra ſunt carmia pħica nulla fal
ſitate pmixta: ſꝫ firmitate rationũ ſtabilita ⁊ aium firmãt.
Lacera ſunt carmina poetica q̃ nõ iſtruũt hoieꝫ nec cõſolã
tur: ſed lacerant. i. diſtrahũt mẽtes hominũ nũc reducen-
do homini ad memoriã voluptates: nũc dolorẽ nũc alias
paſſiones. ¶ Item notandũ verſus elegi principaliter in-
uẽti fuerũt. propter miſeriã deſcribẽdã. ⁊ q: hos verſus
muſe dictabant Boetio. p quos boetiꝰ magis ſuam miſe-
riã reduxit ad memoriã q̃ȝ p eos cõſolaret̄: iõ elegi erant
cã ipſi Boetio veri fletus. ¶ Itẽ notãdũ. duplex eſt fletus
adulatoriꝰ ⁊ verꝰ Adulatorius q̃ ẽ fictus qualis eſt fletus



IOTECA
UNIVERSITA
DE
GRANA

amaſie. Si enim dixerit amaſius ad amaſiam: non dili-
gis me: ipſa incipit flere: quare: vt per fletum firmius ipz poſſit tenere: cuz autem nummos non poterit extorquere ab ipſo dicit. vade garrio te non noui vere. Alius eſt fletus verus qui ex vero cordis dolore ⁊ ex vera pietate procedit ⁊ ad talem fletum Boetius prouocatus fuit per muſas di ctantes ſibi carmina. ¶ Notandū ꝙ hec dictio elegi pōt exponi dupliciter. vno modo ꝙ teneatur nomiatiue. ⁊ tūc eſt ſenſus. elegi. i. verſus miſerie rigant ora mea fletibus. Alio modo ꝙ teneatur genitiue ⁊ tūc eſt ſenſus camene rigant veris fletibus ora elegi. i. miſeri hominis. quia ele gus. a. um. i. miſer. ra. rum. ſm̄ Huguitionem.

¶ Has ſaltim nullus potuit peruincere terror
Ne noſtrum comites proſequerentur iter.

¶ Has ſaltē nullus ⁊c. Hic boetius reſpondet tacite qōni. Quereret aliquis quō muſe dictant tibi carmina ſcribēda cum ſis in exilium relegatus. qꝛ intraſti ſine omni comiti ua. ad hoc rn̄det boeti⁹ licet omnes amici mei derelinque rūt me in exilio propter timorē imperialē. tamē has mu ſas nullus terror imperialis potuit vicere qn ſequerent̄ no ſtrū iter. i. me vſqꝫ in exiliū dictātes nobis carmia. ¶ No tādū. licet bona exteriora pn̄t auferri ab hoie ꝑ violentiaz ſicut per furtū. per rapinā. per incendiū. tamē ſcia non pōt auferri ab hoie. non enī ſcia violentia auferꝫ. nec vetuſta te cōſumit̄ nec triſticia minuit̄. vnde Seneca. 9. epl'a ad lucillū recitat. ꝙ cū Stilbon capta patria: amiſſis liberis amiſſa vxore ſua ⁊ alijs bonis ſolus ab icēdio exierat: req ſit⁹ fuerat a Deometrico nūquid oīa ꝑdidiſſet. rn̄dit nihil ꝑdidi. ſed oīa bona mea mecū ſunt. iuſticia. virtus. ⁊ pru dentia. ⁊ hoc innuit boetius dicēs. Muſas ſe non reliqſſe vnde etiā Alanus de plantu nature de ſciētia dicit. ſuper oēz poſſeſſionē generoſa emanat poſſeſſio: que ſparſa col ligitur: erogata reuertit̄: publicata ſuſcipit incrementū. ꝑ quā nobilis theſaurus ſecretis penetralib⁹ naſcit̄: effectus eterne delectatiōis acquirit̄. Hec ē ſol ꝑ quē mēs dieſcit a tenebris: cordis oculus delicioſa animi paradiſus. Hec immortalē ex mortali facit. ⁊ caducū hominē in deū deifi ce mutationis auctoritate cōuertit. ¶ Nota circa hanc di ctionē ſaltim. ꝙ tres dictiōes proferri pn̄t ꝑ tiz que debe rent ꝓferri ꝑ tem: vnde ꝓferim⁹ ſaltim ꝓ ſaltē timpus ꝓ tēpus. extimplo ꝓ extemplo. quod eſt contra huguitionē. qui dicit. Tim tria deteſtor extimplo timpora ſaltim.

¶ Gloria felicis olim viridiſqꝫ iuuente.
Solantur meſti nunc mea fata ſenis.

¶ Gloria felicis. Hic boetius deplangit ſtatum ſuū ex ꝑte defectus corꝑalis. Et pmo proponit eū i generali. ſecūdo in ſpeciali. ſecūda ibi. Venit enī. dicit pmo quondā cōſola bātur me gloria felicis. ideſt ꝓſpere iuuētutis. ⁊ gloria vi ridis iuuente. i. delectabilis iuuētutis. ſed nūc fata. i. euen tus. meſti ſenis. ideſt triſtis ſenectutis. ſolant̄. ideſt conſo lant̄ mea. ideſt meā partem. quaſi diceret. prius cōſolabar dulci iuuētute. nunc autē conſolor triſti ſenectute. ſm̄ illā ſententiā ſic exponit̄ littera. Gloria felicis iuuente. i. pro ſpere iuuētutis. viridis. i. delectabilis iuuētutis. olim. ſ. quondā ſupple cōſolabat̄ me. nūc fata. ideſt euent⁹. meſti ſenis. ideſt triſtis ſenectutis ſolant̄ mea. ideſt meā partem ¶ Notādū ꝙ cōiter illa littera aliter exponit̄ referēdo eā ad muſas poeticas ſic. Camene que quondā tpe iuuentis erāt gloria felicis ⁊ viridis iuuētutis. quod dicitur pro tā to qꝛ iuuenes olim ſolebant informari in arte poetica in q̄ proficientes gloriabātur in vſu metrorūz ⁊ rigmorū. nūc autem camene ſolant̄ mea fata inquā meſti ſenis. ¶ No tandum ꝙ felix iuuētus eſt q̄ bonis exterioribus eſt ador nata. de qb⁹ bonis loq̄t Ariſtoteles circa principiū libri d̄ bona fortuna dicēs. Sine rebus exterioribus quorū for tuna eſt dn̄a non contigit eſſe felicem. Sed viridis. i. dele ctabilis iuuētus eſt illa que eſt bonis nature decorata. ſ. fortitudine. pulchritudie. ⁊ agilitate. vn̄ Ariſtoteles i ethi cis. Non omnino felix eſt qui ſpecie turpis aut ſolitarius aut carens prole. ¶ Nota ꝙ boetius repreſentat in ſe ſta tū miſerie cum dicit fata meſti ſenis ſe conſolari cū mini me hoiem cōſolāt̄ ſed magis ꝑturbāt. etiā cū dicit muſas poeticas ſe cōſolari ſimiliter rep̄ñtat ſtatū miſerie. qꝛ mu ſe poetice nō cedent alicui in ſolatiū. ſed poti⁹ in alimentū doloris. Itē de ſignificationib⁹ fati ponit Huguitio duos verſiculos dicens. Conſtellatio mors parce reſponſa deo rum. Euentus rerum ſignantur nomine fati.

Venit eni properata malis inopina ſenectus:
Et dolor etatē iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur uertice cāni:
Et tremit effeto corpore laxa cutis.

¶ Venit enī ꝓperata malis. Hic boeti⁹ declarat in ſpecia li defectū corꝑalem. dicēs. Bene dico ꝙ fata meſte ſene ctutis nūc conſolant̄ me. enī pro qꝛ ſenectus inopina. i. in opinata ꝑ apocopam. ꝓperata. i. feſtinata venit in malis . i. cū ſuis malis ⁊ icōmodis. ⁊ dolor ſupple quē patior iuſ ſit ineſſe. i. induxit mihi ſuā etatē. per qđ innuit̄ ꝙ nō ſolū etas inducit dolorē. ſed ecōuerſo dolor iducit ⁊ cauſat eta tem ⁊ ſeniū. Et tūc boetius ponit duo ſigna ſue ſenectutis dicens. cani ſupple capilli itēpeſtiui. i. ante debitū tēpus. fundunt̄ in vertice. i. i capite meo. Aliud ſignuz ſenectutis ibi ꝙ cutis mea laxa. i. ſoluta tremit corꝑe ⁊ effeto. i. car ne conſumpta ⁊ euacuata. ¶ Nota ꝙ hoiem ſenē multa mala ⁊ icōmoda circunueniunt. Nam pellis eius ꝯ̄bitur. cor eius concutitur. pulmo eius debilitat̄. lumbi eius in durant̄. dorſum incuruat̄. mēbra tremūt. vn̄ poeta dixit. Optam⁹ ſeniū cum venerit eſt male ventū. hoc eſt gibbo ſum ſurdum cecūqꝫ moroſum. propter hoc dicit boetius ꝙ ſenectus venit mihi cū ſuis malis. Notandū circa illā ꝑtē. ⁊ dolor etatem. ꝙ triplex eſt cauſa ſenectutis. ſ. etas i firmitas. ⁊ aduerſitas. Senectus que inducit̄ per etatē na turalis eſt: que āt inducit̄ per ifirmitatem vel aduerſitatē accidentalis eſt. qualis ſenectus fuit i boetio. qui ſenuerat propter multitudinem doloris ⁊ triſtitie. ¶ Notādū ꝙ ca nicies boetij fuit intēpeſtiua. huguitio dicit. Intēpeſtiuū eſt qđ eſt incongruū. inconueniēs inutile. vel ſine tpe. vn de itempeſtiuū dicit̄ illud quod nō habeat idoneū temp⁹ vel quod non eſt conueniēs pro tpe. ⁊ qꝛ boeti⁹ iuuēis erat etate ⁊ cōſenuerat ex aduerſitate iā canicies eius fuit intē peſtiua. ¶ Notandum ꝙ in iuuenibus cutis eſt denſa pro pter multitudinem ſanguinis ex quo ſanguine generatur caro. ſed quia ſanguis diminuit̄ in ſenibus diminuit̄ ēt caro in eis. Ideo cutis ſenū eſt laxa. ¶ Notandum circa h̄ vocabulum effeto. quia ipſum tractum eſt a mulierib⁹ pre gnantibus. que cum pepierint. dicuntur effete. i. fetu eua cuate. Unde dicit huguitio ꝙ fetus eſt natus mulieris ad huc in vtero exiſtens. ⁊ dicitur a foueo eo ꝙ ibi foueatur. inde fetus. ta tū. i. plenus a. um. Inde effetus. i. debilis: quaſi ſine fortitudine virium vel viribus euacuatus. Inde fetoſus a. vm. i. plenus fetu. Unde in pſal. Oues eorū fe toſe. ideſt plene fetu. ⁊ ſenes pn̄t dici effeti: quaſi extra fetū poſiti. quia ſenectus non eſt apta ad generandum fetum.

Mors hoīum felix que ſe nec dulcibus annis
Inſerit: ⁊ meſtis ſepe vocata venit.
Heu heu ꝙ̄ ſurda miſeros auertitur aure
Et flentes oculos claudere ſeua negat.
Dū leuibus malefida bonis fortuna faueret
Pene caput triſtis merſerat hora meum.
Nunc quia fallacem mutauit nubila vultum:
Protrahit ingratas impia vita moras.

¶ Mors hominū felix. hic boetius deplangit ſtatum ſuuz ex parte durationis vite miſerabilis. ⁊ primo pmittit q̄ mors hominū ſit felix ⁊ que non. ⁊ dicit ſic. Illa mors ho minum eſt felix que nec inſerit. ideſt non immittit ſe dulci bus annis ideſt tpibus proſperis cum delectat hominem vinere

vıuere. Similiter illa mors eſt felix que ſepe vocata venit
meſtis ſupple annis.ideſt triſtibus annis . quia in annis
aduerſitatis miſeri ɔſueuerunt vocare mortē. Tunc oſtē
dit que mors hominum ſit crudelis. dicens. heu q̄ȝ ſurda
aure ideſt recluſa aure. ſeua mors. ideſt crudelis auertitur
ideſt ſpernit miſeros homines ⁊ negat. ideſt non vult clau
dere flentes oculos eorum. quaſi dicat crudelis mors eſt
que nō permittit miſeros mori: ⁊ dicit claudere flētes ocu
los. per hoc innuens q̄ in morte oculi hominum claudū
tur. Et tunc boetius deplangit prolongationē ſue vite di
cens. Dum fortuna malefida ideſt perfida mihi faueret.
ideſt arrideret. leuibus ideſt tranſitoriis bonis. triſtis ho-
ra ſupple mortis. pene merſerat ideſt oppreſſerat meū ca-
put. quaſi dicat tempore proſperitatis ſemper accelera-
uit mors opprimere me: nūc autē quia fortūa nubila ideſt
aduerſa mutauit fallacem vultum. impia. ideſt miſera vi-
ta. protrahit. ideſt prolongat. moras ſupple viuēdi. ingra
tas. ideſt odioſas mihi. quia propter miſeriā tedebat ipm
boetium viuere. ¶ Notandum q̄ licet ſm vulgares ⁊ ſm
apparētiā. hec ſententia de morte felici ⁊ crudeli videatur
vera: tamen ſm rei veritatem eſt falſa. quia mors etiā tē
pore ꝓſperitatis poteſt eē bona. Nā ſm Senecā. optimū
eſt mori cū delectat viuere. ⁊ tpe aduerſitatis poteſt mors
eſſe mala. q̄r aduerſitas ſepe inducit deſpationē. Boetius
aūt repreſentādo ſtatū miſeri hoīs: hanc ſentētiā ponit
tanq̄ȝ verā. ¶ Notandū q̄ mors vel compat̄ ad vitā pre
ſentē vel futurā: Primo mō illa mors dicit̄ felix. que fu-
git tpe ꝓſperitatis ⁊ accelerat tempore aduerſitatis. Si
āt compat̄ mors ad vitā futurā. tūc ipſa poteſt dici bona
⁊ mala tpe proſperitatis ⁊ ēt aduerſitatis q̄r ſi mors ducit
ad glīam dicit̄ bona. ſi ad penā dicit̄ mala. ¶ Notandū
ſm Remigiū ſup donatum heu aliquādo eſt monoſylla-
bū. aliquādo diſſillabū. ſicut metri neceſſitas reqrit. Un-
de in propoſito eſt diſſillabum dicēdo. heu q̄ȝ ſurda miſe
ros auertit̄ aure. ¶ Notandū q̄ hoc verbū auertor quan
doq̄ȝ eſt paſſiuū cōſtructū cum ablatiuo mediante prepo-
ſitiōe vt dicendo auertor a te ⁊ eſt idem quod remoueor.
Aliqñ eſt verbū deponens cōſtructū cū accuſatiuo vt dicē
do auertor te. ⁊ tūc idē eſt quod ſperno te. ⁊ ſic accipit̄ in ꝓ
poſito cū mors auertitur ideſt ſpernit miſeros. Vñ verſus
In vi paſſiui notat auertor remoueri. Si ſit dponēs auer
tor ſpernere ſignat. ¶ Notandū. boetius appellat fortunā
malefidā quia eſt deceptiua. Unde Seneca. Neminē ad-
uerſa fortuna comminuit niſi quē ſecunda decipit. ⁊ alibi
Seneca. fortuna nemini fidē ſeruat. nulli ſimul obeſſe cō-
tenta eſt quē nimiū fouet hūc ſtultum facit. ¶ Nota fortu
ne bona dicūt̄ leuia q̄r trāſitoria. Nō enī perdurant circa
hominē ſm Senecā. Illud nō eſt tuū quod fortuna fecit
eſſe tuū. donum enī quod dare potuit. potuit ⁊ auferre.
¶ Notādū q̄ boetius appellat fortunā nubilā ideſt obſcu
rā ſiue cecā. depingebat̄ enī antiquitus fortūa ceca. q̄r ex
improuiſo accedit ⁊ recedit. Uel quia cecum reddit homi-
nē extollēdo eum in proſperis ⁊ deprimēdo in aduerſis.
¶ Notādū q̄ boetius dicit fortunā olim circa ſe mutaſſe fal
lacem vultum. quia fortuna olim depingebat̄ duplici fa-
cie. anteriori alba. poſteriori autē parte nigra. p albā deſi
gnabat̄ ꝓſperitas p nigrā aduerſitas. mutauit ergo for-
tuna circa boetiū fallacē vultū ꝓſperitatis. poſtea oſtēdit
ei vultum aduerſitatis.

**Quid me felicem totiens iactaſtis amici.**
**Qui cecidit: ſtabili nō erat ille gradu.**

¶ Quid me felicem. hic boetius deplangit ſtatum miſerie
ſue apoſtrophando cōtra amicos dicens. O amici mei qd
ideſt propter quid iactaſtis. ideſt iactando dixiſtis me. to-
tiens. felicē. fruſtra enī hoc dixiſtis. quia felicitas mea nō
erat ſtabilis. quod patet ex hoc quia ego cecidi. ⁊ iſte qui ce
cidit de proſperitate ī aduerſitatē nō erat in ſtabili gradu
proſperitatis. ¶ Notādū duplex eſt felicitas politica que
conſiſtit in bonis exterioribus. ⁊ talis non eſt ſtabilis ſicu
ti nec bona exteriora. Alia eſt felicitas ſpeculatiua. que cō
ſiſtit in actu ſapientie. ſcilicet in ſpeculatione ſubſtantiarū
ſeparatarum. ⁊ talis felicitas eſt ſtabilis ⁊ immutabilis cū
ſit bonum optimum. pulcherrimum. delectabiliſſimū ex
primo ethicorum.

## ¶ Proſa prima.

Hec dum mecum tacitus ipſe reputarem
querimoniamq̄ȝ lacrimabilem ſtili offi
cio deſignarem: aſtitiſſe mihi ſupra ver
ticem viſa eſt mulier reuerendi admo-
dum vultus: oculis ardentibus: ⁊ vltra commu-
nem hominum valentiam perſpicacibus: colore
viuido: atq̄ȝ inexhauſti vigoris: q̄uis ita eui ple-
na foret vt nullo mō noſtre crederet̄ etatis. ſtatu
ra diſcretionis ambigue. Nam nunc quidem ad
communem ſeſe hominum menſuram cohibe-
bat. nunc vero pulſare celum ſummi verticis ca
cumine videbatur. que cum caput altius extuliſ-
ſet: ipſum etiam celum penetrabat: ſeſe reſpicien
tiumq̄ȝ hominum fruſtrabatur intuitus.

## Proſa prima primi libri.

Hec dum mecū tacitus ipſe. Hic incipit ꝓſa pri
ma huius primi libri in qua boeti⁹ introducit
phiam ſup ſuā miſeriā conſolantē. ¶ Ubi no-
ta q̄ boeti⁹ dolens ⁊ ipſa phia ipm conſolans
non ſunt aliud niſi animus dolens ex oppreſſio
ne ſenſualitatis: ⁊ ratio conſolans ex vigore ſapientie. Et
diuidit̄. primo oſtendit boeti⁹ quō phia ſibi apparuit. ſcdo
quid circa ipm egerit. ſcda ibi. Que vbi poeticas muſas.
Primo deſcribit apparitionē philoſophie quo ad tps ⁊
ad locum. ⁊ deſcribit eius diſpoſitionē quo ad vultū: quo
ad aſpectū: quoad colorē ⁊ vigorē: ⁊ quo ad etatē. Scdo
deſcribit phiam q̄tū ad habitum exteriorē. Tertio quo-
ad ornamēta ⁊ inſignia que manibus geſtabat ſcda ibi. ve
ſtes erant. Tertia ibi. Et dextra quidē dicit primo. Dum
ego Boetius. hec que ſupra in metro dixi tacitus mecum
reputarem. i. cogitarē. ⁊ querimoniā lacrimabilem ideſt ꝓ
uocātē ad lacrimas deſignarē. ideſt deſcriberē officio ſti-
li. viſa eſt mihi mulier aſtitiſſe ſupra verticē. ideſt ſupra ca
put. admodū ideſt valde reuerendi vultus. oculis ardenti
b⁹ ⁊ ꝑſpicacibus. i. claris. vltra communē valētiā homi-
nū. ideſt vltra homines. que apparuit in colore viuido. i.
delectabili. ⁊ apparuit mihi tanq̄ȝ inexhauſti. i. inconſū-
pti vigoris. q̄uis ipſa foret ita plena eui. i. durationis vt
nullo modo crederet̄ eſſe noſtre etatis. ſtatura eius ambi-
gue. ideſt dubie. diſcretionis ideſt cognitionis. Nam nūc
ideſt aliquando cohibebat. ideſt extendebat ſeſe ad cōmu-
nē menſuram hominū. ideſt longitudinē. nunc ideſt aliqñ
videbat̄ pulſare. ideſt attingere celum cacumine ſūmi ver
ticis. ideſt altitudine capitis. que cum caput altius extuliſ
ſet ipſum etiam celum ſua longitudine penetrabat. ¶ No
tandū. q̄ boetius deſcribit philoſophiam ſibi apparuiſſe
ſub ſpecie mulieris: q̄r philoſophia apud grecos. ⁊ ſapien
tia apud latinos eſt generis feminī. vel ideo quia ſicut mu
lier infantes lacte nutrit: ſic philoſophia minus perfectos
nutrit facilibus doctrinis. Uel ideo q̄r boetius erat eger.
Mulier autem magis eſt cōpaſſiua ⁊ magis habilis ad
conſolandum egrū q̄ȝ vir. Nam ſm Salomonem. vbi nō
eſt mulier ibi ingemiſcit eger. ¶ Notandū. ſtare eſt erecto
modo ſe habere: ⁊ quia philoſophia erigit hoiem ad dele-
ctationes intellectuales faciens cadere ſenſuales: iō ipſa d
ſcribit̄ ſtetiſſe ⁊ dicit̄ ſtetiſſe ſupra verticem: quia philoſo
phia eſt in anima intellectiua que nō habet organum ī ver
tice. Nam anima intellectiua nullius organi corporalis
eſt actus. Uel dicit̄ ideo ſtare ſupra verticē: quia de ſupe-

ro cardine elapſa venit. vt dicit boetius tertia proſa huius
primi. ¶ Notandū phia dicit͛ reuerēdi vult⁹: qꝛ ſuos poſ
ſeſſores reuerendos facit. Nā ſm Tulliū ſola ſapientia ē
que meret͛ honores. Item ſm Tulliū reuerentia ē quedā
decēs ac matura grauitas: que habet͛ per philoſophiam
ergo dicit͛ reuerendi vultus. ¶ Notandū. illud quod ē ar
dens eſt penetratiuū. ⁊ qꝛ per rōnem ⁊ intellectum que ſūt
oculi philoſophie penetramus intima rerum ⁊ quiddita-
tes eaꝝ: ideo philoſophia dicit͛ apparuiſſe ardentib⁹ ocu
lis. Et quia per philoſophiam ſpeculamur ea que vulga
res ⁊ communes non ſpeculant͛. ideo dicit͛ habuiſſe ocu-
los pſpicaces vltra cōmunē hominū valētiā. ¶ Notādū
color viuidus eſt color naturalis pulcher ⁊ delectabilis. ⁊
qꝛ philoſophia in ſe pulcherrima eſt: cū ſit res mirabilis ⁊
diuina: ⁊ delectabilis qꝛ mirabiles affert delectatiōes: iō
deſcribit͛ apparuiſſe viuido colore. Itē philoſophia appa
ruit inexhauſti vigoris: quia philoſophia cum ſit perpe-
tua exhauriri non poteſt. Uel ideo eſt inexhauſti vigoris:
quia quātūcūqꝫ homo cognoſcat de philoſophia: adhuc
tamē reſtant plura cognoſcēda: quod pꝫ ex diuerſitate opi
nionum in philoſophia quaꝝ vna deſtruit aliam. Itē qꝛ
philoſophia eſt eterna ⁊ pceſſerat ipſum Boetiū: ideo di-
cit eam non fuiſſe ſue etatis. ¶ Notandum tres ſunt ptes
philoſophie eſſentiales. ex. 6. metaphiſice: naturalis: ma
thematica: ⁊ diuina ſm naturalē philoſophiā dicit͛ phi-
loſophia ſe cohibere ad cōmunē menſurā hominū īquātū
tractat de naturalibus que cōiter via ſenſus cognoſcūt͛. i
ter que natura hominis eſt ſummū ad quod peruenitur.
Dicit͛ autē philoſophia pulſare celū quo ad mathemati-
cā. ideſt quo ad aſtronomiā inq̄ztū tractat de motibus ⁊
⁊ figuris aſtrorum. Dicit͛ autē penetrare celū quo ad me
thaphiſicā inquātū dirigit in cognitionē dei ⁊ ſubſtantia
rum ſeparataꝝ. Et dicit͛ philoſophia fruſtrare intuitū ho
minū reſpiciētiū: quia perfectā cognitionē ſubſtantiarum
ſeparatarū in hac vita habere nō poſſumus. Nā ſicut ſe ha-
bet oculus nocticoracis ad lumen ſolis: ſic intellectus no
ſter ad manifeſtiſſima in natura ex ſcdo metaphiſice.

¶ Ueſtes erant tenuiſſimis filis: ſubtili artificio
indiſſolubiliqꝫ materia perfecte. quas vti poſt ea
dem prodente cognoui: ſuis manibus texuerat.
Quarū ſpeciem: veluti fumoſas imagines ſolet:
caligo quedam neglecte vetuſtatis obduxerat.
harum in extremo margine. P. grecum in ſu-
premo vero. T. legebatur itextū: atqꝫ inter vtraſ
qꝫ litteras in ſcalarum modū gradus quidā inſi-
gniti videbant͛: quibus ab inferiore ad ſuperius
elementum eſſet aſcenſus. Eandem tamen ve-
ſtem violentorum quorundā ſciderant manus: ⁊
particulas quas quiſqꝫ potuit abſtulerat.

¶ Ueſtes erant tenuiſſimis filis. Hic Boetius deſcribit
philoſophiā quantum ad habitū exteriorē. Primo q̄ztū
ad materiā veſtium. ſecūdo q̄ztū ad picturam veſtium. ter
tio q̄ztū ad violentiam veſtibus illatā: ⁊ legantur partes
ſimul dicit primo. veſtes philoſophie erant pfecte tenuiſ-
ſimis. ideſt ſubtiliſſimis filis. ⁊ erant ex ſubtili artificio. ⁊
ex materia indiſſolubili. quas veſtes ipſa texuerat ſuis. i.
propriis manibus vti pro ſicut ego cognoui eadem philo
ſophia prodente. ideſt reuelante mihi in tertia proſa hui⁹
primi. quarū ſupple veſtiū. ſpeciē ideſt pulchritudinē que-
dam caligo. ideſt obſcura ignorantia. neglecte vetuſtatis.
ideſt negligentie veterū. obduxerat ideſt obſcurauerat ve
luti ſolet ſupple obducere. caligo fumoſas imagines. ideſt
ſtantes in fumo. Nunc oſtendit quid fuerit depictum i ve
ſtibus eius dicens. In extremo margine ideſt in inferiori
parte harū veſtium. legebatur intextum. P. ideſt practi-
ca: in ſupremo ſupple margine. ideſt in ſuperiori parte ve
ſtium. erat intextum. T. ideſt theorica. quod interpretatur
ſpeculatiua. ⁊ inter vtraſqꝫ litteras. inter. T. ⁊. P. erant
quidam gradus inſigniti. ideſt impreſſi. in modum ſcalaꝝ
quibus gradibus aſcendebat͛ ab inferiori littera ad ſupio
rem. Nunc tangit violentiam veſtib⁹ illatam dicēs. Ean
deꝫ veſtem ſciderāt. ideſt lacerauerant. manus quorūdam
hominū violentoꝝ ſupple facientiū violentiā. ⁊ qſqꝫ ideſt
vnuſqſqꝫ. abſtulerat particulas a veſte quas poterat au-
ferre. ¶ Notandū q̄ per veſtes philoſophie intelliguntur
partes eēntiales ⁊ artes liberales. Sicut enim corpus ve
ſtibus ornatur: ſic philoſophia ſuis partibus decoratur.
Per fila autem ſubtiliſſima intelligunt͛ precepta philo-
ſophicalia ſiue prepoſitiōes philoſophicales. ſicut eni vnū
filuꝫ in veſtibus ordinat͛ circa aliud: ſic vna propoſitio iu
xta aliaꝫ. que propoſitiōes dicūt͛ ſubtiliſſime: quia per eas
homo ſubtilia inueſtigat. Dicūt͛ ⁊ huiuſmōi precepta ſub
tili artificio cōtexta rōne ornatus verboꝝ ⁊ ſententiaꝝ q̄
in eis inueniūt͛. ⁊ ſunt ex materia indiſſolubili: quia licet a
quibuſdā male exprimant͛: tū in ſeipſis habent veritatem
indiſſolubilē. ¶ Notandū. per manus philoſophie: per
quas ſuas veſtes texuerat: intelligunt͛ philoſophi qui pre
cepta philoſophicalia cōſcripſerunt. ⁊ dicūt͛ rationabili-
ter manus philoſophie: qꝛ niſi fuiſſent inſtructi preceptis
philoſophicis: ea exprimere minime valuiſſent. ¶ Notan
dū q̄ veſtes philoſophie dicūt͛ fuiſſe obducte quadam ca
ligine: quia tempore Boetij artes ad tantā negligētiaꝫ de
uenerant q̄ pauci eas curabant. Sed Boetius eas trāſtu
lit ⁊ expoſuit ſiue cōmentatus eſt. vel ideo veſtes philoſo-
phie fuerūt fumoſe: quia ab antiquis obſcure fuerit tradi
ta philoſophia. ab Empedocle poetice a Platone enig-
matice. ab Ariſtotele ſub verboꝝ obſcuritate. ¶ Notan-
dū qꝛ due ſunt partes principales philoſophie: ſcilꝫ prati
ca ⁊ theorica. Ideo in veſte philoſophie erant due littere i
texte ſcilꝫ. P. ⁊. T. P. autem erat in inferiori parte ve-
ſtis. ⁊. T. in ſuperiori: per quod innuit͛ q̄ philoſophia pra
ctica eſt inferior ſpeculatiua ordine dignitatis. Per gra-
dus autē medios qui erant inter vtraſqꝫ litteras intelligū
tur ſcientie eloquentie que ſunt grāmatica. logyca. retho-
rica. ¶ Notandū q̄ dicit͛ aſcenſum fuiſſe per grad⁹ a pra
ctica ad ſpeculatiuā. p hoc innuit͛ q̄ homo primo debet
eē ſufficienter inſtructus in practicis vt poſt aſcendere va
leat cōtemplatiuis. ¶ Notādū. quid ſit ſcidere veſtes phi
loſophie. illi tantū dicūt͛ veſtes ſcindere philoſophie qui
putant habētes vnā ſciētiā ſe eſſe perfectos philoſophos
ſine aliis. Si autē aliqui ſciant vnā artem ſine alia: dum-
modo ſe cognoſcāt non eſſe perfectos philoſophos: tales
non ſcindūt veſtes philoſophie. vel illi ſcindūt veſtes phi
loſophie. qui per extortas expoſitiones trahunt veras pro
poſitiones ad ſuas falſas opiniones.

¶ Et dextera quidem eius libellos: ſceptrum ve-
ro ſiniſtra gerebat.

¶ Et dextera quideꝫ eius. Hic Boetius deſcribit philoſo
phiam q̄ztū ad inſignia ⁊ ornamenta que manib⁹ geſta-
bat dicens. Et dextera manus philoſophie geſtabat libel
los. ſiniſtra vero geſtabat. ideſt portabat ſceptrum. ideſt
virgam regalem. ¶ Notandū q̄ omnis cura. ⁊ intentio vi
ri ſapientis verſatur vel circa contēplatiōeꝫ ſapientie que
deſignatur per libellos. vel circa regimen reipublice qđ ꝺ
ſignat͛ per ſceptrū. ⁊ quia cōtēplatio ſapiētie potior eſt q̄ꝫ
regimen reipubli. ideo phia dicit͛ in dextera habere libel
los. In ſiniſtra vero ſceptrum.

¶ Que vbi poeticas muſas vidit: noſtro aſſiſten
tes thoro: fletibuſqꝫ meis verba dictantes: com
mota pauliſper ac toruis inflammata luminib⁹
P. Quis inquit has ſcenicas meretriculas ad
hunc egrum permiſit accedere: que dolores eius
non modo nullis fouerent remediis: verum dul
cibus

cibus inſuper alerent venenis. He ſunt enī que infructuoſis affectuum ſpinis vberem fructibus rationis ſegetem necant. Hominumq; mentes aſſuefaciunt morbo: non liberant. At ſi quē p̄ophanū vti vulgo ſolitum: nobis blandicie veſtre detraherent: minus moleſte ferendum putarē. Nihil quippe in eo noſtre ope lederentur. Hūc vero eleaticis atq; achademicis ſtudiis enutritū alleriſtis. Sed abite potius ſyrenes vſq; in exitiū dulces: meiſq; eum muſis curandum ſanandūq; relinquite. Boeti⁹. His ille chorus increpitus deicit humi meſtior vultum: confeſſuſq; rubore verecundiā limen triſtis exceſſit.

¶ Que ibi poeticas muſas. Poſtq̄ Boeti⁹ oſtēdit quomodo philoſophia ſibi apparuit. Hic oſtendit quid circa ip̄m egerit. ⁊ primo oſtendit quomodo muſas poeticas fugauit. ſecundo oſtendit quomodo ipſe de hoc obſtupuit. tertio quō philoſophia ſibi appropinquās ſtatum eius d̄planxit. ſecunda ibi. At ego. tertia ibi. Tū illa. Dicit prio q̄ ſupple philoſophia. vbi pro poſtq̄. vidit poeticas muſas aſſiſtentes noſtro thoro. ideſt lecto. quia Boetius tanq̄ eger in lecto decubuit. ⁊ cū vidit muſas dictātes verba ideſt carmina meis fletibus ipſa philoſophia pauliſper. i. aliquantulum. cōmota ⁊ inflāmata. ideſt incenſa. toruis luminibus. ideſt crudelibus vel terribilibus oculis. inq̄t quis permiſit has meretriculas ſcenicas. ideſt vmbroſas. accedere ad hunc egrum. que dolores eius non modo. i. non tantū. fouerent ideſt ſanarent nullis remediis. i. medicamentis. verum pro ſed alerent ſupple dolores eius dulcibus venenis. He ſunt enī muſe que infructuoſis ſpinis affectuum. ideſt paſſionum. necant. ideſt ſuffocāt. vberem ideſt fertilem fructum rationis fructibus. ideſt in fructibus ſuis. ⁊ mentes hominū aſſuefaciūt morbo: non liberant. Nunc alloquitur muſas dicēs. O muſe ſi veſtre blādicie detrariſſent nobis. quē. ideſt aliquē virum prophanum. ideſt illitteratum. vti pro tanq̄. ſolitum. ideſt ſimilē vulgo ego putarē id ferendū. ideſt patiendū. minus moleſte quippe in hoc nihil lederent̄ noſtre opere. ideſt noſtre ſedulitates: ſed vos alleriſtis vobis hominē hūc enutritū ſtudiis. ideſt ſciētiis eleaticis. ideſt ariſtotelicis. atq; achademicis. ideſt platonicis. Nunc fugat eas dicens. ſed abite poti⁹. ideſt recedite. vos ſyrenes. dulces vſq; in exitiū. i. in mortem. ⁊ relinquite eum curādū meis muſis. ideſt doctrinis ſalutiferis. Tunc iſte chorus. ideſt turba muſaruʒ increpitus. ideſt redargutus. meſtior. ideſt triſtior exiſtens vultū ſuum deiecit. ideſt inclinauit. humi. ideſt terre. ⁊ rubore confeſſus verecundiā. triſtis exceſſit. ideſt exiuit. limē ideſt domū: in quo decubuit Boetius. ¶ Notandū q̄ iō muſe poetice dicebant̄ aſſiſtere thoro Boetij quia. B. ſtuduit metrice dolorem ſuum conſcribere. Item philoſophia dicit̄ pauliſper cōmota. per quod innuitur q̄ ira ſm̄ moderata non deb; cadere in virū ſapiētē: quia virtus cōſiſtit in moderatione paſſionū̄m. Unde lʒ iraſci ſit homini naturale: tamē iraſci quando oportet: ⁊ vt oportet: ⁊ q̄tuʒ oportet eſt hominis virtuoſi ⁊ ſapientis. Unde Seneca: quid crudelius ira. Similiter in de virtutibus cardinalibus. Eſto tardus ad iram. Item interrogatio quandoq; fit cauſa ignorantie alicuius. aliquando vt ex reſponſione facta aliquid probet̄. quandoq; fit propter increpationeʒ faciendam. ⁊ hoc vltimo modo philoſophia īterrogat. d. quis has ſcenicas meretriculas ⁊c. ¶ Notandū. q̄ muſe poetice dicūt̄ meretricule. ſicut enim meretrix allicit hominē delectando nihil vtilitatis ſibi cōferendo ⁊ cōmiſcet ſe cuilibet non ex amore ſed ſpe lucri: ita poete non ſcribunt amore ſcientie: ſed vt aliquid laudis vel premii cōſeq̄nt̄. ⁊ delectant rōne metri modicū vtilitatis conferendo ſed diuerſas paſſiones inducendo. Appellat auteʒ philoſophia muſas meretriculas ſcenicas: quia carmina poetica in ſcena conſueuerūt pronunciari. Ubi nota q̄ ſcena dicebat̄ locus vmbroſus in theatro vbi abſcondebant̄ perſone p̄nunciantes carmina tragica vel comica. vnde ſcena interpretatur vmbratio vel vmbra. Uel ideo muſe poetice dicūtur ſcenice. ideſt vmbratiles: quia ſunt vmbra ſcientie nō vera ſcientia cum obumbrent mentes hominum. Itē metrica deſcriptio doloris non ſanat dolorē ſed magis auget. quia cōſideratio miſerie eſt prouocatiua triſticie. vnuſquiſq; autem cum diligentia cōſiderat quod ſcribere vult Item metrica deſcriptio dicit̄ eſſe dulce venenū. quia placet ⁊ nocet. ratione metri placet. ſed propter recordationeʒ doloris nocet. Item affectus eſt vehemens animi paſſio animū torquens. ⁊ verum iudicium rationis impediens. Et ſunt quattuor affectus animi gaudiū: dolor: ſpes: ⁊ timor: qui dicuntur infructuoſe ſpine: quia ſuffocant ſegetem rationis. que eſt ſcientia ⁊ virtus. ¶ Item licet de oī errorē dolendū ſit. potius tamen de errore ſapientis q̄ īſipiē. nam error ſapientis alios exemplo corripit. error autem inſipiētis nō. q2 ab inſipiente non trahit̄ exemplum. propter quod dixit Saluſtius. Omnia mala exempla a rebūs bonis orta ſunt. Ergo dicit philoſophia. magis eſſet dolendum de errore Boetij q̄ alterius prophani. Item ſm̄ Huguitionē phanum idem eſt quod templum. Inde prophanus. ideſt ſacrilegus quaſi procul a phano. ideſt a templo. Prophanum etiaʒ dicitur quicq̄d non eſt ſacrū. vnde omnes laici ⁊ illitterati dicūt̄ prophani quaſi p̄cul a phano ſapientie. ¶ Item ſm̄ Huguitionem opera ope eſt ſedulitas in rebus agendis. Opera autem philoſophie eſt intentio: vel labor ad aliquid philoſophicū addiſcendū: Iteʒ eleys eſt ciuitas grecie in qua ſtuduit Ariſtoteles vnde ſtudia ſua dicūt̄ eleatica. Achademia autem fuit ciuitas vel villa in qua ſtuduit Plato. vnde ſtudia ſua dicūt̄ achademica. vtriſq; autem ſtudiis Boetius fuit enutritus. ¶ Item philoſophia muſas appellat ſyrenes ſicut enim ſyrenes dulcedine cantus attrahunt naues periclitādo eas. ſic muſe delectatione metri alliciunt homines vel mentes hominum ⁊ rationem aliquo affectu ſubmergunt ⁊ obſcurant. ¶ Item q̄ vna philoſophia conuentū muſarum expulit ſignatur q̄ vnus ſapiens ſua virtute ⁊ ſapientia infinitos errores ſtultorum extinguit.

¶ At ego cui⁹ acies lachrymis merſa caligarat vt nec dinoſcere poſſem: que nam hec eſſet mulier tam imperioſe auctoritatis: obſtupui: viſuq; i terram defixo quidnam deinceps eſſet actura expectare tacitus cepi.

¶ At ego cuius acies. Hic Boetius oſtendit quomodo obſtupuit de actu philoſophie. dicens. At ego Boetius cuius acies. ideſt viſio merſa lachrymis caligarat. i. obſcura fuerat. vt nec poſſeʒ dinoſcere. ideſt inueſtigare. quenā ideſt que eſſet hec mulier tam imperioſe autoritatis. ideſt potentie. ego obſtupui. ideſt miratus fui ⁊ defixo. i. inclinato. viſu in terram tacitus cepi expectare. quidnam deinceps. ideſt cōſequēter eſſet actura circa me. ¶ Notandum quia Boetius doluit de amiſſione rerum t̄paliū. ei⁹ acies ideſt ratio ⁊ intellectus caligarat. ita q̄ non potuit cognoſcere philoſophiā. ¶ Nota q̄ licet Boetius de actu philoſophie obſtupuit. tamē tacitus expectauit quid deiceps facere vellet: per hoc innuen̄ ſe eſſe talem qui cōſolationē acciperet qui enim refutant alios audire. nec audita ratione acquieſcunt tales ſibiipſis obſtaculum conſolationis faciunt.

¶ Tum illa propius accedens in extrema lectuli mei parte conſedit: meumq; intuens vultum luctu grauem atq; in humum merore deiectum: his verſibus de noſtre mentis pertubatione con

quēſta eſt.

¶ Tum illa propius accedens. Hic Boeti⁹ oſtendit quo modo philoſophia ſibi appropinquans ſtatum ei⁹ deplā xit dicens. Tum illa philoſophia accidens propius conſedit in extrema parte lectuli. idest cordis mei. ⁊ intuēs meum vultum grauem. idest grauatum luctu. atq; deiectū. i. inclinatum. in humi. idest in terram. merore. idest triſticia conqueſta eſt his verſibus ſequentibus de perturbatione noſtre mentis. ¶ Nota ꝙ philoſophia dicitur ſediſſe in extrema parte lectuli. idest cordis Boetij Nam cum eſſet in triſtitia ⁊ doleret propter amiſſionem rerū temporaliū parum vel nihil ſapientie habebat. ⁊ quia tota cura eius erat circa terrena amiſſa. ideo dicitur habuiſſe vultum merore deiectum in humum.

¶ Metrum ſecundum primi libri

Eu q̄ precipiti merſa profundo.
Mens hebet: ⁊ propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras.
Terrenis quotiens flatibus acta
Creſcit in immenſum noxia cura.

Metrum ſecundum. primi libri.

Heu quā precipiti merſa profundo. Hic incipit metrum ſecundum huius primi libri. Quod vocatur metrum dactilicum a pede predominante ⁊ dicitur thetrametrum a numero pedum. a thetra quod eſt quattuor. quia quattuor pedes cōtinet ⁊ dicitur ypercalecticum propter ſyllabam habundantem poſt duos pedes in medio verſus. Verbi gratia. Primus pes eſt. Heu q̄ʒ ſecundus precipi. ſed ſyllaba ti huius nominis precipiti ſuperabundat. tertius pes eſt merſa ꝓ quartus fundo. Similiter eſt in aliis. In hoc ergo metro. philoſophia deplangit ſtatum boetii dolendo perturbationem ſue mentis. ⁊ facit duo. Primo vniuerſaliter philoſophia deplangit peturbationem mentis hominum. Secundo ſpecialiter conuertit planctum ſuum ſuper Boetium ibi. Hic quondam. Primo dicit. heu quā. idest quātum. mens hominum hebet idest obſcuratur. merſa precipiti profundo. idest cura rerum temporaliū que precipitat hominem. ⁊ talis mens relicta propria luce. idest contemplatione. tendit. idest laborat. ire in tenebras externas. id eſt in ignorantias exteriores. hoc autem contingit homini quotiens ſupple mens acta. idest agitata. terrenis flatib⁹ idest proſperitatibus vel euentibus cura idest ſolicitudo rerum temporalium. noxia idest nociua. creſcit in immenſuʒ idest ſupra modum. ¶ Nota ꝙ in nobis eſt duplex virtus rationalis ⁊ ſenſualis. ſenſus autem ſemper aduerſatur rationi. quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. ⁊ ſpiritus aduerſus carnem. cum autem ſenſualitas vincit rationem tunc homo eſt in malo ſtatu regiminis. ⁊ efficitur beſtial'. Unde Albertus ſuper tertio de anima dicit. Turpe eſt nobis abiicere regimen ſuperioris ⁊ induere regimen inferioris virtutis quod nobis commune eſt cum beſtiis. Ideo ſcribitur tertio ethicorum. in antiqua tranſlatione valde conandum ⁊ laborandum eſt nobis. Ut virtus noſtra concupiſcibilis ſubiecta ſit rationi: quemadmodum enim pueri peruerſe viuunt ſi non a ſuis pedagogis fuerint coacti ad recte viuendum. ſic appetitus ſenſualis ducit nos ad inſolentiam. niſi regula rationis fuerit coartatus. plures autem homines ſequuntur ſenſualitatem q̄ʒ rationeʒ inſudantes bonis exterioribus ⁊ delectationibus ſenſualibus per que impediuntur in ſpeculatione ⁊ cognitione ſūmi boni. ¶ Ideo philoſophia hoc deplangens dicit in metro. Heu q̄ʒ precipiti. ¶ Item cum anima ingerit ſe curis rerum temporalium profunde precipitatur ⁊ hebet. quia a cognitione rerum ⁊ ſui creatoris deſtituitur ⁊ deſtituta cadit in tenebras externas. idest in ignorantias exteriores. Ubi nota ꝙ duplex eſt ignorantia quedam naturalis que eſt in iuuenibus ⁊ decrepitis. ⁊ vocatur ignorantia interna quia ex naturali defectu contingit. Alia eſt ignorantia que cauſatur ex negligētia hominis. quando ſolicitatur circa exteriora. ⁊ talis dicitur externa. quia eſt ex̄ naturam. de qua dicitur ꝙ omnes homines naturaliter ſcire deſiderāt Prima ignorantia cum ſit naturalis non eſt vicioſa. quia turpes a natura nemo increpat neq; bonos laudat. Secūda eſt vicioſa cum ſit per hominis negligentiam de quo loquitur Boetius ſecundo huius li. proſa quinta. Ceteris animantibus ſeſe ignorare natura eſt. hominibus vero vicio venit. Item dicit noxia cura. Unde Seneca in prouerbiis. Magnam partem perturbationis ſibi dedit qui exterioribus ſe iniecit. Item ratio ⁊ intellectus dicūtur lux hominis. quia illuminā̄t hominem ad cognitionem creature ⁊ creatoris. dicuntur autem propria lux hominis quia ſolum genus hominum viuit arte ⁊ ratione ex prohemio metaphiſice.

Hic quondam celo liber aperto
Suetus in ethereos ire meatus
Cernebat roſei lumina ſolis.
Viſebat gelide ſydera lune.
Et quecunq; vagos ſtella recurſus
Exercet varios flexa per orbes.
Comprenſam numeris victor habebat.

¶ Hic quondam celo liber aperto. Hic philoſophia ſpecialiter conuertit ſe ad deplangendum Boetium. ⁊ primo oſtendit quanta contemplatione Boetius quondam viguit. Secundo oſtendit quomodo deſtitutus a tali contemplatione ſolum de terrenis cogitabat. ibi. Nunc iacet effeto. Primo philoſophia commendat Boetium ab Aſtronomia. Secundo a naturali philoſophia. Tertio a methaphiſica secunda ibi. Quinetiam cauſas. tertia ibi. Quis voluat ſtabilem. Primo dicit Boetius quondaʒ liber. i. ſolutus a cura rerum temporalium. celo ſibi aperto. per cognitionem. ſuetus fuit ire. per rationem. in ethereos meatus. idest in motus corporum celeſtium. ⁊ ipſe cernebat idest ſpeculabatur. lumina. idest radios roſei ſolis viſebat. idest cum deſiderio videbat. ſydera. idest conſtellationes. gelide. idest frigide lune. ⁊ ipſe boetius. victor ignorantie habebat omnem ſtellam comprehenſam numeris. id eſt certis computationibus. quecunq; ſtella. erratica. exercet. idest operatur. vagos. idest varios recurſus. nunc progrediendo: nunc regrediendo. ſtella in quā flexa. i. mota. per varios orbes. idest circulos.

¶ Nota ꝙ animo liberato a curis exterioribus conceſſum eſt philoſophari. Ideo quedam artes dicuntur liberales quia filij liberorum. idest nobilium qui erant liberati a curis temporalibus talibus artibus vacabant. Ideo dicit philoſophia ꝙ boetius quondam liber ⁊c.

¶ Nota. ꝙ dicit celo aperto. licet homo planetas celi corporaliter non attingat tamen ſpeculatione comprehendit. Hoc pulchre tangit Triſmegiſtus. dicens Magnum miraculum eſt homo ⁊ animal honorandum. hic anima itellectiua in naturam dei tranſit quaſi ipſe deus ſit. Hic per naturam anime dijs eſt coniunctus. hic demonum genus nouit. terram colit elementis commiſcetur acumine mentis. in maris profunda deſcendit. celum quod videtur altiſſimum animi ſagacitate metitur. Intentioneʒ animi eius nulla aeris caligo confundit: nec terre denſitas eius operationem impedit. non aque profunditas aſpectum ei⁹ obtundit.

¶ Nota ꝙ ſol in ortu ſuo apparet roſeus propter vapores īterpoſitos iter viſum noſtrū ⁊ ſolē. Nā albū viſū ꝑ fumuʒ apparet rubeum. Etiam licet in meridie vapores ſint interpoſiti: non tamen apparet tūc roſeus: eo ꝙ illi vapores non ſunt groſſi ſed ſubtiliati calore ſolis. ¶ Nota philoſophia dicit lunam eſſe gelidam: qđ non eſt intelligendū formaliter. quia prime qualitates que ſunt calidum. frigidū

humidum. ſiccum. non habent locum in corporib⁹ celeſtibus. cum non recipiant peregrinas impreſſiones. ſed dicitur luna gelida virtualiter vel effectiue: quia frigus ⁊ etiã humores efficit in iferioribus: propter qđ noctes quibus luna preeſt ſunt gelidiores ⁊ humidiores magis diebus. ¶ Nota ꝙ planete dicuntur habere vagos recurſus: quia mouentur duplici motu. ſcilicet primi mobilis ab oriente in occidentem: ⁊ proprio motu ab occidente in orientem. vel ideo quia quandoqꝫ apparent nobis ſtationarii. quandoqꝫ retrogradi. quandoqꝫ propinqui. quandoqꝫ aliqualiter remoti. ¶ Nota ꝙ ſtella erratica dicitur ſtera ideſt mota ꝑ varios orbes circulorꝫ ſcilicet deferẽtis ⁊ epicycli ratione quorum circuloruꝫ nũc dicuntur progreſſiui. nũc retrogradi. nunc ſtationarii vt dictum eſt. ⁊ habet videri in theorica planetarum vel aſtronomia.

Quinetiam cauſas: vnde ſonora,
Flamina ſollicitent equora ponti.
Quis voluat ſtabilem ſpiritus orbem.
Vel cur heſperias ſydus in vndas
Caſurum rutilo ſurgat ab ortu.
Quis veris placidas temperet horas:
Ut terras roſeis floribus ornet.
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autũnus grauidis influat vuis.
Rimari ſolitus: atqꝫ latentis
Nature varias reddere cauſas.

¶ Quinetiam cauſas. Hic commendat eum ex parte naturalis philoſophie dicens. Quinetiam pro certo Boeti⁹ ſolitus fuit rimari ideſt inquirere. cauſas vnde ideſt ꝓpter quas cauſas. ſonora flamina ideſt ſonoroſi venti. ſollicitẽt ideſt perturbent. equora ideſt planicieꝫ. ponti ideſt maris quaſi diceret. Boetius ſciuit cauſas generationis ventorꝫ qui cõmouent ipſum mare. ¶ Nota ꝙ ex libro metheororum patet ꝙ vent⁹ generatur ex vapore calido ⁊ ſicco eleuato per calorem ſolis qui perueniens ad locuꝫ nubiũ frigiditate nubis repercutitur. ⁊ repercuſſus fertur in latuſ ⁊ facit ſonum impellendo aerem. ⁊ quia aqua faciliter ẽ diuiſibilis de facili cidit ⁊ reuerberatur per ventos. Vel aliter poteſt intelligi. Antiqui enim dixerũt ꝙ ideo venti turbant mare. quia in ipſo mari generantur venti q non exeunt. ſed faciunt fluxum maris. lꝫ hec opinio non ſit vera. quia mare fluit ⁊ refluit tempore determinato ſicut bis in die naturali. venti autem generantur tempore indeterminato. ¶ Quis voluat ſtabilem. Hic philoſophia cõmendat. Boetiuꝫ a methaphiſica ⁊ iterato a naturali philoſophia dicens. Boetius etiam ſolit⁹ fuit rimari quis ſpiritus ideſt intelligentia voluat motu diurno ſtabilem orbẽ firmamenti. vel etiam cur ſydus ſolis vel aliud habens ortum. ⁊ occaſum. caſurum in heſperias vndas ideſt ĩ aquaſ maris occidentalis ſurgat ideſt iterum oriatur ab ortu rutilo ideſt ab oriente ſplendido. quaſi dicat. Boeti⁹ ſolit⁹ erat inquirere cur ſtelle que in occidente videntur occidere iterum reſurgant in oriẽte. etiam erat ſolitus rimari quis temperet placidas horas veris ideſt tẽporis vernalis. vt ornet terram roſeis floribus. Quis dedit ideſt ordinauit vt autũnus fertilis anno pleno ideſt fecundo ĩfluat ideſt influentiaꝫ faciat grauidis vuis ideſt botris repletis. etiã erat ſolitus reddere ideſt aſſignare. varias cauſas latentis nature ideſt rerum naturalium. ¶ Nota omne quod mouetur ab alio mouetur. ex ſeptimo phiſicorum ergo celuꝫ ab alio mouetur. Mouetur autem celum a duplici motore per commentatorem. iz. methaphiſice. ab vno coniuncto ⁊ appropriato qui vocatur intelligẽtia a quo mouetur effectiue. ab alio motore ſeparato qui eſt deus. a quo mouetur in ratione finiſ. Item dicit orbem celeſtem eſſe ſtabilem. licet enim moueatur ⁊ mutet locum ſm partes non tamen ſm totum: ⁊ quantum ad hoc dicitur eſſe ſtabilis ideſt immobilis. Item cauſa quare ſtelle que occidunt iterum oriantur non eſt alia niſi motus circularis primi mobilis. qui ſecum rapit omnes ſtellas tam fixas ꝙꝫ erraticas. Item heſperus eſt ſtella que de veſpere ſequitur ſolẽ occidentem a qua ſtella mare occidentale dicitur heſpericum mare. eo ꝙ ſol ⁊ heſperus ibi ſe mergant. non ꝙ ita ſit. ſed quia vulgares ſic opinantur. cum enim ſtelle occidunt propter interpoſitionem maris inter viſum ⁊ ſtellas videntur ſtelle mergi in mare. ¶ Item tempus vernale dicitur placidum. quia eſt conueniens vite hominis. Eſt. n. tempus veris calidum ⁊ humidum in quibus conſiſtit vita. ex libro de morte ⁊ vita. Et ideo illo tempore producuntur flores Nam materia florum eſt humidum aqueũ ſubtile bene coctum a calido aereo. quia igitur in vere dominatur calidum aereũ ⁊ humiduꝫ aqueum ſubtile quod parua indiget digeſtione: ideo in vere cui⁹ calor temperatus eſt: flores producuntur. ¶ Item vitis multum habundat de humido aqueo ⁊ groſſo: cuius ſignuꝫ eſt: quia tempore putationis diſtilat ab eis quaſi humidum lachrymabile: tale autem humidum groſſum multum reſiſtit digeſtioni: ideo vue ad maturitateꝫ tarde proueniunt ſcilicet tempore autũni. ¶ Item. Boetius conſueuit reddere cauſas latentes rerum naturalium: quod fuit indicium felicitatis. Nam ſm Virgilium. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Nunc iacet effeto lumine mentis.
Et preſſus grauib⁹ colla cathenis:
Decliuumqꝫ gerens pondere vultum.
Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

¶ Nunc iacet effeto. Hic oſtendit philoſophia quomodo Boetius deſtitutus erat predicta ſpeculatione cum de terrenis cogitabat: dicens. nunc ideſt tempore doloriſ. Boetius iacet ideſt proſtratuſ eſt. effeto ideſt euacuato. lumine ideſt ſpeculatione mentis. ⁊ ipſe preſſus colla ideſt ſm colla. grauib⁹ cathenis. paſſionum que mentem grauant. gerenſqꝫ decliuum vultum ideſt inclinatum ponderẽ amiſionis rerum temporalium. Heu cogitur cernere ſtolidaꝫ terram ideſt bona terrena. que homines ſtolidos efficiũt ¶ Nota cathena eſt ferreum inſtrumentum quo aliquid contra ſuam naturam detinetur. Quattuor autem affect⁹ que ſunt gaudium: ſpes: timor: dolor: ſimilitudinarie dicuntur cathene: quia animuꝫ hominis detinent ⁊ contra ſuam naturam. ⁊ rationem ad illicita trahunt. nam ratio ſemper deprecatur ad optima. ex primo ethicorum. Et ꝓpterea Boetius in fine huius primi hortatur fugam paſſionum. ibi. Tu quoqꝫ ſi vis. ¶ Iteꝫ nota non eſt eſtimãduꝫ ꝙ Boetius hic eſſet ita euacuatus lumine mentis ſicut littera ſonat. quia alias fuiſſet inſufficiens pro compoſitione huius libri. ſed philoſophia loquitur hoc compaſſiue. Ille enim eſt merus ſtultus qui inclinat ſe ad terrena diligendo ipſa. ⁊ non eleuando intellectum ſuuꝫ ad ſpeculabilia qualis nõ fuit Boetius. Unde dicit Auguſtinus Tales ſunt homines. qualia ſunt ea que diligũt quia dilectio tranſmuttat diligentem in ſimilitudinem rei quam diligit. Hec marquardus

¶ Proſa ſecunda primi libri.

Sed medicine inquit potius tempꝰ̃s eſt q̃ querele. B. Tum vero totis in me intenta luminibus. P: Tu es ne ille ait: qui noſtro quondam lacte nutritus noſtris educatus alimentis: in virilis animi robur euaſeras: Atq talia contuleramus arma: q̃ niſi prius abieciſſes: inuicta te firmitate tuerent Agnoſcis ne me: Quid taces: pudore an ſtupo-

re ſiluiſti: mallez pudore ſed te: vt video: ſtupo
oppꝛeſſit: B.

¶ Proſa ſecunda primi libri.

Sed medicine inquit potius. Hic. incipit ſcd̃a
proſa huius primi. in qua phia iueſtigat moꝛ
bum Boetii ex quibuſdaȝ ſignis. ſcd̃o conſola
tur ip̃m ne deſperet. ſcd̃a ibi. Cũq̃ȝ me non.
Primo dic̃ phia. O Boeti ego poſſez multa
cõqueri de perturbatiõe mentis tue. ſed nũc potius me
dicine tp̃s eſt q̃ȝ querele. vero pro ſed. tum. i. tunc. mulier
illa intenta in me totis luminibus. i. oculis. ait. es tu ne il
le qui quondã tp̃e. iuuẽtutis nutritus noſtro lacte. i. faci
libus documentis: ĩ etate aũt pfecta educatus. i. nutrit⁹
noſtris alimentis. i. doctrinis difficilioꝛibus. tu euaſeras
i. pueneras in robur. i. ĩ fortitudinẽ. virilis animi. atqui
tem regi accuſationem ſenatus. vt ſenatus redderetur re⁹
leſe maieſtatis dicit ergo in littera. O phia tu forte queris
ſummam. ideſt ſententiam criminis cuius criminis cauſa
arguimur. Nos dicimur voluiſſe ſaluare ſenatuʒ. forſan
deſideras ſcire per quem modum. dico q̄ nos crimina-
mur. ideſt arguimur impediuiſſe delatorem ne deferret
documenta. ideſt litteras regi quibus faceret ſenatuʒ reuʒ
leſe maieſtatis. quid igitur o magiſtra cenſes. i. iudicas in
ficiabimur. i. negabimus crimen iſtud ne ſimus tibi pudo
ri. atq ideſt ſed. ego volui ſaluare ſenatum nec vnq̃ʒ de-
ſiſtam velle. ſed opera ideſt diligentia impediendi delato
ris iſta ceſſabit. ideſt ceſare debet: q2 non eſt verum q̄ im
pediuerimus delatorem litterarum. nunquid eſt nephas
optare ſalutem illius ordinis. ſcʒ ſenatus. qua. di. non eſt
nephas. Iſte vero ſenatus qui conſenſit in meam damna
tionem effecerat hoc ſuis decretis. i. iudiciis. ac ſi. eſſet ne
phas ſaluare ipſum. ſed imprudentia ſibi ipſi mentiens. i.
in damnum ſuum mentiens. non poteſt imutare merita re
rum ita q̄ illud quod prius fuit meritoriuʒ poſtea fiat de
meritorium: nec puto eſſe licitum ſm preceptum ſocratis
occuluiſſe. i. occultaſſe veritatem. vel conceſſiſſe menda-
cium. ſed quõ illud ſit ego relinquo tuo. ꝛ ſapientum iudi
cio. veritatẽ autem huius rei ne lateat poſteros. i. ſucceſſo
res. ego commendaui ſtilo. i. ſcripto ꝛ memorie. C Nota.
accuſatio boetii fuit deteſtabilis quia facta per infames
perſonas. fuit irrõnabilis. q2 de bono accuſabatur. ſ. de
ſaluatione ſenatus quod erat bonum. etiam accuſatio ei⁹
fuit iniuſta. q2 falſa. accuſabatur enim impediuiſſe delato
rem. quod falſum fuit. C Nota. ille dicitur eſſe reus leſe
maieſtatis. qui contra regem vel alium principeʒ aliquod
malum machinatur. C Nota inficior aris. prime cõiuga
tionis deponentale. i. nego. Unde hugui. inficior aris ꝓ
prie eſt non fateri factũ qđ verum eſt. ſed contra veritateʒ
vti mendatio. vel eſt proprie inficiari ſm eum. reʒ debitã
denegare. cum a creditore depoſcit̃. ꝛ etiam. i. contendere
vel negare. C Nota dicit. in textu. nunquid optare ſalu
tem ſenatui nephas vocabo. duplex eſt ſalus. ſpũalis que
eſt anime temporal'. que eſt corporis. Salutem ſpũalem
tenemur omnibus velle. etiam malis ratione charitatis ꝑ
quam etiam mali diligẽdi ſunt licet nõ in eo q̄ mali Sa
lutẽ đo tpalẽ tenemur velle oib⁹ bonis ꝛ p̃cipue amicis.
amicorum vero peccantiũ tenemur ſalutẽ velle q̃ʒdiu ſa-
nabiles ſunt: ut recuperẽt virtutẽ amiſſam. ſed ſi propter
magnitudinem malitie ſint inſanabiles diſſoluit̃ amicitia
nec eſt optanda ſalus. ꝛ quia malitia ſenatus romanorum
erat ſanabilis. q2 forte ſenatus cõpulſus metu regio fuit
conſentire in damnationem boetii. Ideo optare ſibi ſalu-
tẽ nõ erat nephas licʒ boetio turbato hoc videret̃. C No
ta veritas non eſt occultanda ſm ſocratem. Nã qui tacet
veritatẽ aliis neſcientibus mentit̃. ꝛ qui mẽdaciis conſen
tit ſimiliter facit. C Nota mendaciũ nõ eſt cõcedendũ. q2
ſm ariſt. in ethiciſ mendaciũ ꝑ ſe prauũ ẽ ꝛ fugiẽdũ. ꝛ prio
elencoꝝ. duo ſunt opa ſapientis. nõ mentiri de his de qui
bus nouit. ꝛ mentientẽ poſſe manifeſtare.

C Nam de compoſitis falſo litteris quibus liber
tatem arguor ſperaſſe romanam (quid attinet di
cere) Quarum fraus aperta patuiſſet ſi nobis
ipſorum confeſſione delatorum que in oibus ne
gociis maximas habet vires vti licuiſſet. Nam
que ſperari reliqua libertas poteſt Atqʒ vtinam
poſſet vlla. Reſpondiſſem canii verbo: qui cum
a gayo ceſare germanici filio conſciuſ cõtra ſe fa
cte coniurationis fuiſſe diceretur: ſi ego inqt ſciſ-
ſem: tu neſciſſes.

C Nam de cõpoſitis falſo litteris. Hic Boetius excuſat ſe
de ſecundo crimine ſibi impoſito. Imponebat̃ eniʒ ſibi q̄
ſcripſiſſet litteras ad imperatorem conſtantinopolitanum
pro liberatione romanorum de manu regis theodorici.
vnde dicit in littera. Nam de compoſitis litteris falſo. q2
falſe hoc mihi imponit̃ quibus litteris arguor ſperaſſe ro
manam libertatem quid atinet dicere. cũ non det̃ mihi lo
cuſ defenſionis. q̃rũ litteraꝝ fraus ideſt fraudulẽtia. pa-
tuiſſet aperta. i. manifeſta. ſi nobis licuiſſet vti confeſione
. i. allocutiõe ipſoꝝ delatorũ. i. accuſatoꝝ. quod. ſ. vti exa
minatiõe accuſatoꝝ maximas vireſ habet ĩ omnib⁹ nego
ciis. ideſt cauſis iudiciariis. nam que reliqua libertas ſpe
rari poteſt romanis. q. d. nulla. tantũ eñi rex theodoricus
inualuerat q̄ nullus potuit vel audebat contra ipſum. vti
nam poſſet vlla libertaſ ſperari: vtiqʒ ita prudenter egiſſẽ
de negocio quod regi non innotuiſſet: ꝛ reſpõdiſſeʒ verbo
Canii. qui cũ accuſaret̃ a gayo ceſare filio germanici q̄
eſſet reus cõiurationis facte contra ſe. reſpõdit canius ſi
ego ſciſſeʒ tu neſciſſeſ. q. d. ſi eẽm reus ita prudenter celaſ
ſem negocium q̄ ad tuam noticiã nũq̃ʒ peruẽiſſet. C No
ta q̄ in cauſis iudiciariis teſtiuʒ ſiue accuſatorũ examina
tio maximas habet vires. quia ꝑ eã deuenit̃ ad rei verita
tẽ ſicut patet de daniele qui examinando duos preſb̃ros
falſe accuſantes Suſannã: ipſos de falſitate accuſationis
corã omni populo cõuicit. ſimiliter bo. ſi dat⁹ fuiſſet ſibi
locus examinãdi ſuos accuſatores vtiqʒ ipſos mendaces
reddidiſſet. C Nota. Canius fuit quidã romanus prudẽs
et ſapiens. accidit ut quidã ex romanis cõſpirarent ꝛ face
rent cõiurationẽ contra Gayũ ceſarẽ: et cum ceſar propo
neret Canio q̄ eſſet reus illius cõiurationis facte. reſpon
dit ſi ego ſciſſem tu neſciſſeſ. Sic Boe. reſpondiſſet. regi.
Theodorico ſi ſibi improperaſſet de litteris compoſitis
ſuper reſtituenda libertate ipſis romanis.

C Qua in re non ita ſenſus noſtros meror he-
betauit ut impios ſcelerata cõtra virtutem que-
rar eſſe mollitos: ſed ea que ſperauerint effeciſ-
ſe vehementer admiror. Nam deteriora velle:
noſtri fuerit fortaſſe defectus: poſſe autẽ contra
innocentiaʒ que ſceleratus quiſqʒ conceperit: in
ſpectante deo mõſtro ſimile eſt: vnde haud in iu
ria tuorum quidam familiariũ queſiuit. Siqui-
dem deus inqt ẽ: vñ mala: bona vero vñ: ſi nõ ẽ

C Qua in re non ita ſenſus. Hic Boetius ex dictis infert
quandã admirationẽ. ſecũdo inuehit̃ cõtra ſenatores qui
cõſenſerunt in ſuã damnationem ibi. ſed ſi phas fuerit.
Dicit primo. Ex quo a malis iniuſte acuſatus ſum: q̄ in
re. propter quod. nõ ita. ideſt nõ intãtũ. meror. ideſt triſti
cia hebetauit. i. oppꝛſſit. ſẽſus nr̃os ut ego q̃rar. i. cõq̃rar
ipios. i. malos molitos. i. machinantes ſcelerata. ideſt ne
quitioſa contra virturem. ideſt virtuoſos homines ſʒ ego
admiror vehementer. ideſt fortiter effeciſſe. ideſt ad effe-
ctum produxiſſe. ſup. illa que mali ſperauerũt. ideſt con-
ceperunt. Nam velle deteriora. ideſt mala. fortaſſe fuerit
noſtri defectus. ideſt ex noſtro defectu. ſʒ poſſe ſupple ꝑſi
cere malũ contra innocentiam. ideſt homines innocenteſ
que quiſqʒ ſceleratus cõceperit. ideſt cogitauerit deo hoc
inſpectante ſupple hoc eſt ſimile monſtro. ideſt admirabi
le. vnde. ideſt pro tanto quidam tuorum familiariuʒ. ideſt
philoſophorum. queſiuit haud iniuria ideſt non iniuſte.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

ſiquidem pro certo. deus eſt vnde mala ſupple proueniũt
vo ꝓ ſed. vnde. ideſt a quo bõa ſi deus nõ eſt. q. di. ex quo
iniuſte a malis accuſatus ſum propter hoc nõ in tantũ ſuꝫ
oppreſſus dolore ꝙ conquerar malos machinari mala
bonis: ſed admiror ꝙ illi qui mala cõcipiũt cõtra bonos
poſſunt producere ad effectũ. nam velle malũ eſt forte ex
noſtro defectu. ſed ꝙ malus poſſit ꝑficere malum contra
bonos deo hoc inſpiciente eſt ſimile monſtro. Unde qui-
dam philoſophus. Non iniuſte queſiuit. Si deus eſt vn
de proueniũt mala. et ſi deus nõ eſt vnde ꝓueniũt bona.
¶ Nota ex quarto huius duo requiruntur ad aliqueꝫ effe
ctum producendum. ſcilꝫ voluntas ⁊ poteſtas. Requirit̃
voluntas quia nullus aggreditur quod non vult. Requi
ritur poteſtas q: ſine poteſtate voluntas fruſtrat̃. ꝙ autẽ
mali habent voluntatẽ offendendi bonos nõ eſt mirandũ
ſed ꝙ habent poteſtatem producendi ad effectum ſuam
voluntateꝫ deo reſpiciente eſt ſimile monſtro. ¶ Nota ſi-
mile monſtro eſt quod contingit preter intentionem natu
re. Sicut ergo monſtra fiunt preter intentionem nature
ſic videbatur boetio ꝙ mala preter ordinem diuine pru-
dentie contingerent. quod non videtur rõnale. cum deus
ſit ſumme bonus ꝙ aliquo modo ſit cauſa mali. fieri er-
go mala in mundo deo inſpiciente videtur ſimile mõſtro
¶ Nota ꝙ deus non eſt cauſa effectiua mali. cum ſit ſũme
bonus. ſꝫ ſit cauſa mali permiſſiua. quia ꝑmittit fieri ma
lum. ⁊ ſic exponit̃ auctoritas prophetie. Ego dñs faciens
omnia hec faciẽs bonũ ⁊ creans malũ. ſup. ꝑmiſſiue. Ali
ter dicit̃ duplex eſt malũ ſcꝫ pene ⁊ malũ culpe deꝰ ẽ cau
ſa mali pene quod punit. ſed nõ eſt cauſa mali culpe. quia
hic eſt qui peccatũ non fecit.

¶ Sed ſi ꝓbas fuerit nepharios homĩes qui bo
norum omnium totiuſqꝫ ſenatus ſanguinem pe
tunt: nos etiam quos ꝓpugnare bonis ſenatuiqꝫ
viderant ꝑditũ ire voluiſſe. Sed nũ idem de pa
tribus quoqꝫ merebamur? Meminiſti ut opi
nor quoniã me dicturũ qd facturũ ne preſens ip
ſa ſemper dirigebas. Meminiſti inquam vero-
ne cum rex auidus cõmunis exitii maieſtatis cri
men in albinũ delatũ ad cunctũ ſenatꝰ ordinem
tráſferre moliretur: vniuerſi innocentiã ſenatus
quanta mei periculi ſecuritate defenderiꝫ. Scis
me hec ⁊ uera proferre: ⁊ in nulla vnq̃ mei lau-
de iactaſſe. Minuit eni quodãmodo ſe proban
tis cõſcientie ſecretũ. quotiẽs oſtentãdo quis fa
ctum recipit fame precium. Sed innocentiã no
ſtram quis exceperit euentus vides. Pro vere
virtutis ꝓmiis falſi ſceleris penas ſubimꝰ.

¶ Sed ſi ꝓbas fue. Hic Boetius inuehit̃ contra ſenatum
qui conſenſit in ſuam cõdẽnationem tangendo ſuã beniuo
lentiam quã habuit ad eos ⁊ dicit. Si ꝓbas fue. ideſt po
namus ꝓbas eſſe nepha. homines ideſt malos homines
conſulatus qui omniũ bonorum ⁊ totius ſenatus. ideſt ro
mane ciuitatiſ. petũt. ideſt deſiderant. ſanguinẽ. ideſt mor
teꝫ: nos etiaꝫ voluiſſe ire perditũ. ideſt ad perdendũ. quoſ
viderant ꝓpugnare bonis hominibus. qꝫ pro ⁊ ſenatui.
Sꝫ nũ ideſt nunqd. nos idẽ. ſcilꝫ perdere merebamur de
patribus ideſt de ſenatoribus quaſi di. nõ. ſed o philoſo-
phia meminiſti vt opinor quoniam me dicturũ. i. volentẽ
dicere. quid. ideſt aliquid de ꝓ vel. facturuꝫ ipſa ſemꝑ pre
ſens ſup. exiſtens dirigebas. ideſt regebas. ergo nec ver-
bis nec factis offẽdi ſenatũ. meminiſti inquã philoſophia
verone. ideſt apud veronã ciuitatem. cum rex theodori-
cus auidus exiſtens communis exitii. ideſt tormenti ſe-
natorum cum crimen leſe maieſtatis delatum in albi-
num ipſe rex moliretur. ideſt laboraret. tranſferre il-
lud crimen ad totum ſenatum. quanta ſecuritate ideſt tu
tela. mei ꝑiculi defenderim. ideſt liberauerim innocentiam
vniuerſi ſenatus. ideſt totius ꝯſulatus. O philoſophia
tu ſcis me proferre. ideſt loqui. vera ⁊ nunq̃ me iactaſſe
in vlla mei laude. eni pro. q: minuit quodãmodo ſecretuꝫ
conſcientie. probãtis. ideſt laudantis ſe. quotiẽs quis oſtẽ
tando ideſt manifeſtando factum recipit precium fame.
ideſt mercedeꝫ laudis ab hominibꝰ. Sed tu. p. vides quiſ
euẽtus exceperit. ideſt liberauit. noſtrã innocentiam. nos
ſubimus. ideſt ſuſtinemus. penas falſi ſceleris. ideſt fal
ſe nobis impoſiti pro premiis vere virtutis. ¶ Nota ſm
ſene. dolor duplicatur cuꝫ ab eo a quo bonuꝫ merueras
malum venit. cum igitur Boetius omnem beniuolentiaꝫ
exhibuerit ſenatoribus grauius doluit de ſua offenſione
¶ Nota in ciuitate verona cum Albinus eſſet accuſatus de
graui crimine ita vt diceret̃ reus leſe maieſtatis. illud cri
men rex theodoricus voluit tranſferre ad totum ſenatuꝫ
⁊ ipſum damnare. Sed boetius exponens ſe periculis ſe
natum liberauit. ¶ Item nota ꝙ ſecretuꝫ conſcientie eſt
virtus que minuit̃ cum aliquis virtuoſe operat̃ iactando
ſe ut conſequat̃ famã et laudẽ populi. Unde ſene. conſcien
tiam potiꝰ q̃ꝫ famã attende. Et dicit. macro. Sapiẽs glo
riam ſuaꝫ i conſcientia ponit ſtultus autem in laude hũa
na Uñ dicit Iſid. qui aliquod donũ a deo largitũ i laudẽ
ſuam cõuertit proculdubio virtutẽ in viciũ tranſire facit.

¶ Et cuius vnq̃ facinoris manifeſta cõfeſſio ita
iudices habuit in ſeueritate concordes: vt non
aliquos vel ipſe ingenii error humani: vel fortũe
conditio cunctis mortalibus incerta ſubmitte-
ret. ſi inflammare ſacras edeſ voluiſſem. ſi ſacer
dotes impio iugulare gladio. ſi bonis omnibus
necem ſtruxiſſe diceremur: preſentem tamẽ ſen
tentia confeſſum ⁊ cõuictum me puniſſet. Nunc
vero quingẽtis fere paſſuũ milibus ꝓcul moti at
qꝫ indefenſi ob ſtudiũ ꝓpenſius in ſenatũ morti
proſcriptioniqꝫ dãnamur. O meritos de ſimili
crimine neminẽ poſſe conuinci. Cuius dignitatẽ
reatus ipſi etiã qui detulere viderũt.

¶ Et cuius vnq̃ facinoris. Hic boetius oſtendit ſe ꝑturba
tũ ex iudicũ ſeueritate ⁊ inflexibilitate dicens. Cuiꝰ vnq̃
facinoris. i. peccati manifeſta confeſſio. i. cuiꝰ vnq̃ homi
nis peccatũ manifeſtũ habuit iudices ita cõcordes i ſeue
ritate. ut nõ aliquoſ eoꝝ vel ipe error humani ingenii ſub
mitteret. i. flecteret ad miſericordiã vel conditio fortune. i.
euẽtus fortuitus exiſtens incerta cũctis mortalibꝰ ſupple
hominibꝰ ſubmitteꝫ aliquoſ eoꝝ. Si diceremur voluiſſe
inflãmare. ideſt incẽdere. ſacras edes. ideſt eccleſias. et ſi
nos diceremur ſtruxiſſe. ideſt ꝓcuraſſe necẽ. ideſt mortẽ
bonis omnibus. ⁊ ſi diceremur iugulare. ideſt pũire ſacer
dotes impio gladio. tamẽ pro. ſed ſentẽtia. ideſt iudicium
damnaſſet me pñtem conuictuꝫ confeſſuꝫ crimine. ſꝫ nos
procul moti. ideſt abñtes quingentis milibus paſſuũ ⁊ in
defenſi ob propẽſius ſtudiũ. ideſt propter ſtudium intẽſiꝰ
nos damnamur. ideſt adiudicamur in ſenatũ morti. qꝫ ꝓ
⁊ proſcriptioni. Et tũc exclamat dicẽs. O meritos ideſt di
gnos vel beatos. iudicio neminẽ poſſe cõuici de ſimili cri
mine ſicut nec ego iuſte cõuictus ſum. cuiꝰ reatꝰ. i. crimis
dignitatẽ. ideſt innocentiam. ipſi ẽt viderũt. ideſt cognoue
runt. qui detulere. ideſt accuſauerũt me. ¶ Nota ꝙ iudi-
ces quãdoqꝫ mouent̃ ad miſericordiaꝫ duplici de cã. pri
mo mõ propter errorẽ humani ingenii. quia humanũ in-
geniũ ſepe fallit̃ in iudicio. quia ignorat vtrũ aliqſ iuſte
de re ſentiat vel non ⁊ timens deum ne iudicet mouetur
ad miſericordiã parcẽdo reo. Secũdo iudices mouent̃ ad
miſericordiam ꝑꝑ euentũ fortune. qui incertꝰ eſt homini
bus quod

bus. quod enī iudex in alio dānat ſibi facile p fortunā eue
nit. ⁊ illud debet recordari. ſed nulla illaꝝ cauſarū mouit
iudices ad miſerandū boe. ſed cōcorditer ipm damnabāt.
¶ Nota q̄ nullus deb₃ dānari etia₃ pro crimine q̄ztum-
cumq₃ enormi niſi ſit pn̄s cōuictus. vel crimē i iudicio cō
feſſus. b. aūt cū damnaret̄ nō erat cōuictus nec crimē cō
feſſus ⁊ erat abſens. q₂ in ſtudio athen̄. ſic ergo iniuſte erat
damnatus. ¶ Nota q̄ boe. cū damnaret̄ diſtabat a loco
iudicii quingētis milibus paſſuū. ⁊ cū mille paſſus faciūt
vnū miliare. ideo bn̄ diſtabat ad quingēta miliaria ¶ No
ta Boetius dānat⁹ fuit proſcriptiōi. Hug. dicit. pſcriptō
eſt iudicialis ſententia lata ꝯ aliquem cui⁹ nomē p ſcele
re de ſcriptura tabule enee delebat̄. Cōſuetudo eni roma
na fuit qd̄ noīa ſenatoꝝ quoꝝ ꝯſilio vrbs romana regeba
tur aureis litteris in tabula enea ſcriberet̄. vnde ⁊ patres
cōſcripti dicebātur. Et dr̄ proſcript⁹ quaſi procul a ſcri
ptura poſitus. Et ſic boetius erat proſcriptus: quia nomē
ſuum deletū fuit de tabula enea.

¶ Quam vti alicuius ſceleris admixtione fuſca-
rent: ob ambitū dignitatis ſacrilegio me conſciē
tiā meā polluiſſe mentiti ſunt: Atqui ⁊ tu inſita no
bis omnē rerū mortaliū cupidinē de noſtri ani-
mi ſede pellebas: ⁊ ſub tuis oculis ſacrilegio phas
locum eſſe nō erat. Inſtillabas. n. auribus cogi-
tationibuſq₃ quotidie meis pitagoricum illud.
Enpou thenō. i. deo nō diis ſeruiendū. nec cōue
niebat viliſſimoꝝ me ſpirituū preſidia captare.
quē tu in hanc excellentiam cōponebas vt cōſi-
milem deo faceres. Preterea penetral innocēs
domus: honeſtiſſimoꝝ cetus amicoꝝ: ſocer ſima
chus etiam ſanctus ⁊ eq₃ actu ipſo reuerend⁹ ab
omni nos criminis huius ſuſpitione defendūt.

¶ Quam vti. ⁊c. Hic boetius expurgat ſe de quibuſdā ob
iectis. ſcd̄o oſtendit vnde ſumpta fuit rō obiectionis. ſcd̄a
ibi. S₃ o nephas. ¶ Nota boetio obiiciebat̄ q̄ ipſe vſus
arte nigromantica ſacrificaret demonibus pro dignitati-
bus acqrendis. de hoc boe. excuſat ſe dicens. Quā ſup.
meam dignitatem. vti pro vt. fuſcarent. i. denigrarent
admixtione alicuius ſceleris: mentiti ſunt meam polluiſſe
conſcientiam ſacrilegio. ideſt demonum obſequio ob am
bitum. i. propter cupiditatem dignitatis acquirende atq₃
p certe. tu inſita. i. inſerta. nobis pellebas de ſede. i. de lo
co. omnem cupidinem. i. omnem cupiditatem rerum mor
talium. ⁊ ſub tuis oculis non erat phas eſſe locum ſacrile
gio. i. cultui demonu₃. q₃ pro ⁊. tu inſtillabas auribus q₃
pro ⁊ cogitationibus meis illud pitagoricū deo non diis
ſeruiendum. nec conueniebat me captare. i. optare. pſidia.
ideſt auxilia. viliſſimorū ſpirituum. ideſt demonum. quē
tu componebas. i. locabas. in hanc excellentiā ut conſimi
lem deo faceres. ptcrea innocens penetral. i. vxor domus
mee. cetus ideſt multitudo honeſtiſſimorum amicorum.
Et ſocer ſimachus ſanctus ⁊ eq₃ reuerendus ipſo actu de
fendūt nos ab oī ſuſpitione huiuſmōi crimīs. ¶ Nota q̄
conſuetudo inuidorum eſt cum non pn̄t alicui ſuam pbita
tem auferre nitūtur ipſam ſaltem aliquo vicio denigare
Et ſic fama. boe. denigrata fuit vicio ſacrilegii. ¶ Nota
q̄ ſacrilegium eſt ſacre rei furtu₃. ⁊ ponitur ſacrilegus p
homine ſcelerato. etiam ſacrilegium eſt cultura demonū
ſiue. idoloꝝ. Inde ſacrilegus. i. ydolatra ⁊ ſic capitur in p
poſito. ¶ Nota q̄ ambitus media pducta eſt cupiditas
honoris. Sed. ambitus media correpta eſt circuitus. ⁊ pri
mo capit̄ hic. ¶ Nota q̄ phia repellit omne₃ cupiditatē
honoru₃ exterioꝝ quod ſcribit̄ in. i. li. de plantis. q̄ phia
tria inducit. ſ. mentis illuſtrationē. felicitatis appetitū. ⁊
mollis affluentie contemptū. ¶ Nota. phia facit hominē
ſimilē deo. non ſiilitudīe omnimoda. ſed pricipatiua. ita q̄
homo pticipat̄ aliquid conditionis diuine. ſ. intelligentie
Unde ſene. Hoc mihi phia pmittit q̄ me parē deo reddit
⁊ alibi dicit. Uir ſpeculatiu⁹ eſt q̄ſi de⁹ in hūano corpore
hoſpitat⁹. ¶ Nota ſacrilegiū nō hab₃ locū ſub ocul'. phi
loſophie. q₂ phia p ſe oīa agenda ⁊ facienda ordinatiſſime
diſponit et nō pmittit hominē ad vana declinare. q₂ dicit
tullius in li. de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ. p. a ſupſtitione
liberat. metu mortis nō cōturbat. ⁊ eſt ſupſtitio vana reli
gio. ſ. idoloꝝ cultura. ¶ Nota penetral. eſt ſecreta camera
vel locus ſecretus interior in domo vel in templo. vbi re
ponūt̄ clinodia vel aliqua talia. ⁊ ponit̄ hoc p vxore boe
tii p methaphorā ponēdo continens p cōtēto q₂ ipſa con
ſueuit morari in penetrali. ¶ Nota q̄ ſymachus fuit qdā
nobilis romanus ⁊ ſocer boetii cui⁹ filia₃ boe. duxerat no
mine elphe. qui ſymachus non fuit tantū ſcūs interius in
affectu. ſed etiā reuerēdus in exteriori actu ſic dicit. boeti⁹

¶ Sed o nephas. Illi vero de te tanti criminis
capiunt fidem. atq₃ hoc ipſo, vi debimur affines
fuiſſe maleficio: q₂ tuis inſtituti moribus imbuti
diſciplinis ſumus. Ita non eſt ſatis nihil mihi
profuiſſe tuam reuerentiam. niſi vltro tu potius
mea offenſione lacereris.

¶ Sed o nephas. Hic boetius oſidit vnde fuerit rō ſumpta
obiecti criminis. q₂ ex ipſa phia cui deditus erat. Unde di
cit exclamando. O nephas illi ſup. mali capiūt fidem tāti
criminis de te o phia atq₃ hoc. i. propter hoc. videbimur
fuiſſe effines maleficio ſacrilegii. q₂ nos ſumus imbuti. i.
inſtructi. tuis diſciplinis. i. doctrinis. ⁊ ſumus inſtituti. i.
informati. tuis moribus. ita non eſt ſatis tuā reuerentiam
nihil mihi pfuiſſe. niſi vltro. i. ſpōte tu potius lacereris
ab illis mea offenſione. hoc dicit boe. pro tāto. q₂ iniuria
ei ſūt ſibi pp phiam. ideomagis iniuriati ſunt phie q̄₃ ſibi
¶ Nota qn̄ boe. vacabat ſtudio. fugiebat cōſortia ſtultoꝝ
⁊ querebat ſecreta loca pp ſtudiū. ideo putabant ipm lo
qui cū demonibus ⁊ eis ſacrificare. ¶ Itē q₂ bo. fere om-
nia que volebat facere ſua ſapiētia faciebat. ideo putabāt
eum demonē habere familiarem ſibi obſequentem ſicut
apulegius opinatus ē de ſocrate q̄ haberet familiarē deū
de quo fecit librū quē intitulauit de deo ſocratis.

¶ At vero hic etiam noſtris malis cumulus acce
dit: q̄ eſtimatio plurimorum non reꝝ merita ſ₃
fortune ſpectat euentum: eaq₃ tantum iudicat eē
pniſa: que felicitas cōmēdauerit. Quo fit: vt exi
ſtimatio bona prima omnium deſerat infelices
Qui nunc populi rumores: q̄ diſſone multipli-
ceſq₃ ſententie: piget reminiſci. hec tantū dixeri
ego vltimam eſſe aduerſe fortune ſarcinā: q̄ dū
miſeris aliqd̄ crimen affigit̄: que perferunt me-
ruiſſe credunt̄. Et ego ſiquidem bonis omnibus
pulſus: dignitatibus exutus: exiſtimatione feda-
tus beneficium tuli ſupplicium.

¶ At vero hic etiam. Hic boetius oſ̄dit ſe eſſe pturbatū ex
fame ſue leſione dicens hic cumulus. i. augmētatio. acce
dit noſtris malis q̄ exiſtimatio. i. iudiciū. plimorū. i. vul
garium non ſpectat. i. non reſpicit. merita reꝝ ſicut homo
meret̄. ſ₃ ſpectat euentū fortune. i. iudicat hoīe₃ ſm̄ q̄ for
tuna ſe h₃ circa ipm. ⁊ ea tantū iudicat vulgus eſſe pniſa
a deo que ꝯmēdauerit fecilitas. i. pſpa fortuna. quo fit.
i. ex quo ſequit̄. vt exiſtimatio bona deſerat infelices. vñ
me piget. i. tedet. reminiſci qui nunc ſint rumores ppli de
me. ⁊ q̄₃ multiplices q₃ p ⁊. diſſone. i. diſcordātes ſenten
tie ſint de me. nā quidam dn̄t me reu₃ eſſe. quidā nō. Hoc
tm̄ dixeri. i. volui dixiſſe vltimā eſſe ſarcinā. i. grauiſſimū

pondus.aduerſe fortune ꝙ dū aliqđ crimē affigit̄.i. im-
ponit̄.miſeris.i.infelicib⁹.ipſi credūtur meruiſſe ſup.illa
que ipſi miſeri ꝑferūt.i.patiunt̄ Et ego bonis omnibus
pulſus.q: in exilium relegatus.⁊ exutus dignitatibus q:
damnatiōe ꝓſcriptus.⁊ fedat⁹.i.maculat⁹ exiſtimatione
ego q prius virtute honeſt⁹ reputabar.nūc ſcelere defor
mis reputor.⁊ tuli.i.recepi ſuppliciū.i.penā ob bn̄ficiuꝫ.
i.ꝑꝑ bn̄ficiū. ¶ Nota ꝙ vulgares nō iudicāt ſm̄ merita
ꝑerū vtꝝ homo mereat̄ aliqđ vel nō ſꝫ iudicāt ſm̄ euētum
fortune. Vn̄ hoiem bn̄ fortunatū iudicāt felicē.male for-
tunatū iudicāt miſeꝝ:ſꝫ tale iudiciū falſuꝫ ē.vn̄ dicit ſenc.
45.epl̄a. Non felicem hunc eſtimes.quem vulgus appel
lat felicem.ad quem pecunia cōfluxit ſed illum cui omne
bonum in aīo eſt erectum ⁊ extenſum. Itē bona eſtimatio
deſerit infelices.q: primum maluꝫ quod infelices incur
runt eſt ꝙ vulgus male de ipſis opinatur.credit enim vul
gus ea que miſeri patiuntur ꝙ ex merito talia patiant̄

¶ Videre aūt videor nephariās ſceleratoꝝ offici
nas gaudio leticieqꝫ fluitantes.ꝑditiſſimuꝫ quē
qꝫ nouis delationum fraudibuſ imminentē.iace
re bonos noſtri diſcriminis terrore ꝓſtratos.
flagitioſuꝫ quēqꝫ ad audendū quidē facinus ipu
nite:ad efficiendum vō p̄miis incitari. inſontes
autē nō mō ſecuritate veruꝫ ipſa etiam defenſio
ne priuatos. Itaqꝫ libet exclamare ad deū celi.

¶ Videre āt vi. Hic boe.oñdit ſe eſſe ꝑturbatū ex his q̄ vi
dit in mundo generalr̄.ſ.bonos deprimi ⁊ malos extolli.
d. Ego videor videre.i.cognoſcere nepharias officīas. i.
malas ſocietates ſceleratoꝝ hoīꝫ fluitātes gaudio.qꝫ.ꝓ ⁊
letitia.⁊ quēqꝫ ꝑditiſſimū.i. peſſimū. imminētē.i.iſiſtētē
nouis fraudib⁹ delationū.i.accuſationū. ⁊ video bonos
iacere ꝓſtratos.i. dep̄ſſos.terrore noſtri diſcriminis.⁊ ēt
video quēqꝫ flagitioſum.i.prauū hoīeꝫ.incitari ad auden
dum.i.ad p̄ſumendum.facin⁹.i. pctū impunite.i.ſine pe
na.vero ꝓ ſed.incitari p̄miis ad efficiendū.i.ad ꝑpetran-
dum.facinus.i.peccatū autē ꝓ ſed. Ego video inſontes.
.innocentes.nō mō.i.nō tantū.priuatos ſecuritate veꝝ ēt
defenſiōe. Itaqꝫ ꝓ ergo.libꝫ.i.placet mihi exclamare ad
deum celi.q̄re talia permittat in mūdo ut mali exaltētur
⁊ boni deprimant̄. ¶ Nota ꝙ boe.q erat turbate mētis ⁊
in ſtatu miſerie videbat̄ ꝙ mali in hoc mūdo eēnt poten-
tes ⁊ viuerēt impuniti.boni aūt impotētes ⁊ viuerēt irre-
mūerati.ſꝫ ꝓhia in q̄rto hui⁹ ipm̄ cōſolando.ꝓbat malos
ſꝑ eē īpotentes ⁊ bonos eē potentes.⁊ malis nūq̄ꝫ deeſſe
ſua ſupplicia ⁊ bonis nūq̄ꝫ ſua p̄mia. ¶ Nota ꝙ officine
dicūt̄ domus officialiū vbi reponuntur ea q̄ ad ipſos ſpe
ctant.⁊ ad coꝝ officia ſicut ſunt celaria ⁊ granaria ⁊ alia
hmōi. Hic autē accipiunt̄ officine pro cōgregatiōe malo
rum ⁊ dicuntur ab officio officis.qđ eſt noceo ces.

¶ Metrum quintum primi libri.

O Stelliferi conditor orbis.
Qui perpetuo nexus ſolio
Rapido celum turbine verſas.
Legemqꝫ pati ſydera cogis.
Ut nunc pleno lucida cornu
Totis fratris obuia flammis
Condat ſtellas luna minores:
Nunc obſcuro pallida cornu
Phebo propior lumina perdat.
Et qui prime tempore noctis
Agit algentes heſperus ortus:
Solitas iterum mutat habenas.
Phebi pallens lucifer ortu.
Tu frondiflue frigore brume
Stringis lucem breuiore mora.
Tu cum feruida venerit eſtas.
Agiles noctis diuidis horas.

¶ Metrum quintum primi libri

O Stelliferi cōditor orbis. Hic incipit q̄ntū me
trum hui⁹ primi qđ dr̄ pindaricum ab inuēto
re.anapeſticū a pede p̄dñante. Eſt āt anapeſt⁹
pes ꝯri⁹ dactilo conſtans ex primis duabus
breuibus ⁊ tertia lōga ſillaba.⁊ ē metꝝ acha-
thalecticū.i.ſine defectu. In hoc āt metro boe. exclamat
ꝯ ꝓuidentiam diuinā admirās ꝙ oia regant̄ a deo pre
ter act⁹ hūanos:ſꝫ hoc falſuꝫ ſit.tñ hoc. ſic videbat̄ ſꝫ ſta
tū turbatū. Et diuidit̄.prīo cōmendat diuinā ꝓuidentiā
ex gubernatiōe celeſtiū ⁊ terreſtriū.ſcđo tāgit act⁹ hūanoſ
nō regi a deo.tertio rogat deū ut regat act⁹ hoim ſcđa ibi
Oia certo.tertia ibi q̄ſquis rex. Prīa diuidit̄. prīo ꝯmē
dat regimē diuīe ꝓuidētie circa celeſtia. ſcđo magis circa
terreſtria ibi. Tua viſ variū tꝑat. Prīo dicit. O ꝯditor.i.
creator.orbis ſtelliferi.i.ferētis ſtellas.q nex⁹.i.adiūctuſ
ꝑpetuo ſolio.i.eterne ſedi vſaſ.i.freq̄nter vertiſ celū.rapi
do turbine.i.veloci motu.⁊ cogis ſydera pati legē.i.debi
tuꝫ ordinē.ut ipſa luna.nūc.i. aliq̄ñ lucida pleno cornu ſi
cut in plenilunio.obuia.i.oppoſita totis flāmis.i.luibus
frīs.i.ſolis.ipa luna cōdat.i.abſcōdat.minores ſtellas.q̄
in pleniſlunio nō vident̄ ꝑꝑ maius lumē.⁊ tu cogis nūc.i.
aliq̄ñ vt ipa luna exñs pallida obſcuro cornu ipa exiſtens
ꝓpior phebo.i.ſoli ꝑdat.i.amittat.luia.i.lucē.q.d.tu fa
cis ut luna q̄nto magis recedit a ſole tāto magis illumina
tur ⁊ luie ſuo obſcurat miores ſtellas: ⁊ q̄ntomagis appro
pinq̄t ſoli.tātoplus obſcurat̄.⁊ tu cogis ut heſper⁹.i.ſtel-
la veſptina.q agit algētes.i.frigidos ortus tꝑe noctis.i.
in crepuſculo qđ ē prīa ꝑs noctis ſcđm ſolē.iſte heſper⁹
de mane lucifer dictus pallēs in ortu phebi iteꝝ mutat ſo
litas hēnas.i.ſolitos curſus .nā cū de veſꝑe ſeq̄t ſoleꝫ de
māe p̄cedit ipm̄:⁊ tu ſtringis.i.coartas.lucē.i.diē.breuio
re mora tꝑe brume.i.hyemis.frōdiflue.i.faciētis frōdes
fluere.cū feruida eſtas venerit.tūc tu diuidis.i.diſtinguiſ
agiles horas.i.breues horas.noctis.q.d.tu facis ꝙ tꝑe
hyemali noctes ſunt ꝓlixiores dieb⁹.i tꝑe eſtiuali ecōuer
ſo. ¶ Notādū. ꝙ deus dicit̄ cōditor ſtelliferi orbiſ.q: ab
ipſo depēdet celū ⁊ tota nā ex.12.metħ.⁊ dr̄ reſidere in ꝑ-
petuo ſolio.q: in celo qđ ē ꝑpetuū.nā celū eſt loc⁹ deoꝝ ⁊
ſpūuꝫ.⁊ oēs barbari ⁊ greci ⁊ q̄cūqꝫ putant deos eē:cū lo
cū q ſurſuꝫ ē deo attribuūt tanq̄ꝫ imortale imortalitati co
aptātes prīo celi ⁊ mūdi.⁊ dr̄ vertere celuꝫ rapido turbie.
mot⁹.n.firmamēti dr̄ rapid⁹.q: ſuo motu rapit ſecū aliaſ
ſperas. Vn̄ nota ꝙ verſo ē verbū freq̄ntatiuū ⁊ ſignificat
frequēter vertere ⁊ i hoc innuit̄ ꝙ celū ſꝑ mouet̄ ⁊ ñ ceſſa
bit.q: dicit cōmētator.nō eſt timēdū ꝙ celū ſtet. Et rō q:
mouens mouet ſine fatigatiōe ⁊ ſine pēa.12.metħa. ¶ Itē
deus eſt nexus ꝑpetuo ſolio.i.cōiunct⁹ ꝑpetuo celo. Vn-
de deus tripliciter eſt in vniuerſo.ſ.ēētialr̄ ſeu ꝑñtialr̄.ſa
cramentalit̄ ſeu miſterialr̄.⁊ miſericordialr̄. Eſſentialr̄ ē
in ſua vera claritate in q̄ ipꝫ homo nūq̄ꝫ vidit.ſicut dicit
ꝓphia.deū nemo vidit vnq̄ꝫ ſicut ipe eſt in ꝑpetuo ſolio.
Sacr̄alr̄ ſeu miſterialr̄.de⁹ ē i ſacr̄o eucariſtie qđ rata fi
de credimus. Sꝫ miſericordialr̄ deus ē vbiqꝫ.pꝫ ꝙ dicit
ſcp̄tura.mia dñi plena ē terra.⁊ iñ ꝓuenit dictum cōe ſm̄
ꝙ dicit ſcp̄tura.de⁹ eſt vbiqꝫ. ¶ Nota ſm̄ hugui. ſoliū ē
ſedes regal' ex ſolidis lignis facta.dicta a ſoliditate.i.a fir
mitate. ¶ Nota ꝙ deus cogit ſydera pati legē nō violēta
nec coacta motiōe.q: nullū violentū ꝑpetuū:ſed cogit ea
volūtaria ordinatiōe obſuare legē.i.determiatū motū ut
tꝑe eis ſtatuto oriāt̄ ⁊ occidāt. ¶ Nota ꝙ lūa d̄ ſe ē corp⁹
opacū recipiēs lumē a ſole.⁊ in ea ꝑte que eſt verſus ſolē
illūiat̄.cū āt directe oppoſita ſit ſoli ſicut i plenilunio tūc
luie ſuo obſcurat miores ſtellas eo ꝙ maius lumen obſu

ſcat

ſcat minus. ſed cū luna ē ī iſta pte celi in q̄ eſt ſol ſicut ꝯtin
git in coniunctiōe. tunc ſupior ps q̄ eſt v̄ſus ſolē eſt illuia-
ta. ⁊ inferior ps q̄ eſt v̄ſus nos ē obſcurata. ⁊ tunc nihil vi
demus de luna. ſed cū incipit elōgari a ſole tūc ps elonga
ta incipit modicū appere nobis. ⁊ tūc dicim⁹ eē nouiluniū
⁊ q̄ntoplus elōgat̄ tātopl⁹ appet nobis illūīata. ¶ Nota
bo. dicit ſolē eē frēm lune qꝛ ſm fabulas iupiter ꝯcubens
cū latona genuit ex ea duos gemellos. ſ. phebū q dr̄ ſol. ⁊
dianam q̄ dr̄ lūa. ⁊ ſic ſꝫ fabulaſ ſol ē frater lune. ¶ Nota
ſtella que de veſpe ſeqt̄ ſolē ⁊ de mane p̄cedit. hꝫ diuerſa
noīa. pꝫ p v̄ſum. Lucifer aurora ven⁹ veſper⁹ heſper⁹ idē
Quō āt ſit poſſibile q̄ eadē ſtella d̄ veſpe ſequat̄ ſolē ⁊ de
mane p̄cedat. dicūt. aliq q̄ hoc ñ ꝯtingit ī vna ⁊ eadē pte
anni. ſꝫ in diuerſ̄. dñt. n. q̄ ī eſtate ſeqt̄ ſolē: ⁊ in hyeme p̄
cedit: ſꝫ hoc ē ꝯ̄ oēs auctores dicētes. hoc eē ī eodē tpe āni
Alii dñt q̄ mercuri⁹ ⁊ ven⁹ ſint ſtelle ſilis coloris ⁊ q̄ntita
tis q̄ꝛ vna q̄n̄qꝫ ſeqt̄ ſolē alia p̄cedit. ⁊ ſic vr̄ eē vna ſtella
que ſeqt̄ ⁊ p̄cedit. ſꝫ hoc ñ ē. Hug. dicit q̄ ven⁹ ē altior ſo
le ⁊ loqt̄ ſm antiq̄s aſtrologos. q locauerūt venerē. ſ̄. ſolē
cū igit̄ ꝯtingit q̄ ven⁹ ⁊ ſol ſimul veniūt ad occaſuꝫ. qꝛ ve
n⁹ ē altior diuti⁹ videt̄ ī ſero q̄ꝫ ſol. eadē rōne citi⁹ videt̄ ī
mane q̄ꝫuis cito diſcurrant nam citi⁹ vident̄ aſcendētia
remota q̄ꝫ ꝓpinq̄ ⁊ diutiuſ vident̄ deſcendētia remota q̄ꝫ
ꝓpinqua. licet eq̄li motu incedāt. Sꝫ moderni aſtrologi
locant venerem ſub ſole Alii. dicūt q̄ vna eſt ſtella q̄ vno
tpe ſequit̄ ſolem alio tpe p̄cedit. Et dicūt ſm ptolomeū q̄
illa ſtella habet epiciclū in cui⁹ circūferētia defert̄ corpus
eius. Eſt āt epiciclus circul⁹ puus cui⁹ centꝝ ē in circūfe
rētia orbis deferētis. nūc āt ē ita q̄ epicicl⁹ veneris ſemp
ē cū ſole ita q̄ ſi ptrahat̄ līea a cētro terre p cētꝝ epicicli
veneris ad firmamētū eadē linea trāſibit p cētrum ſol. vel
non multum diſtabit ab eo. cū autem venus ferat̄ in cir-
cuitu epicicli aliq̄ñ erit in eadem linea cum ſole: aliq̄ñ p̄ce
dit aliq̄ñ ſeqt̄. Item mora ſolis ſup orizontem facit diē
cū dies ſit latio ſolis ſup terrā mora āt ſolis ſub orizonte
facit noctē. ⁊ qꝛ ſol longiorem facit moram tpe eſtiuali ſup
orizontem. ⁊ breuiorem ſub orizonte. ideo dies eſtiuales
longiores ſunt noctibus. in hyeme autem fit econuerſo ꝓ
pter quod dies hyemales breuiores ſunt noctibus.

Tua vis varium temperat annum.
Ut quas boree ſpiritus aufert
Reuehat mitis zephirus frondes:
Queqꝫ arcturus ſemina vidit
Sirius altas vrat ſegetes.
Nihil antiqua lege ſolutum.
Linquit proprie ſtationis opus.

¶ Tua vis va. ⁊c. Hic bo. cōmendat regimen diuine ꝓui
dentie magis circa terreſtria. ſ. circa ptes. anni. dicens O
de⁹ tua vis. i. virt⁹. tpat. i. ordinat variū annū. i. diuerſaſ
ptes āni. ut mitis zephir⁹. i. vent⁹ vernalis. reuehat. i. re
ducat frōdes q̄s aufert. i. diſtribuit ſpūs boree. i. flat⁹ bor
ree. et tua vis tpat. ut q̄qꝫ. i. q̄cūqꝫ ſemīa vidit arctur⁹ illa
ſtella: illas altas ſegetes. i. longas ſegetes. vrat ſirius. i.
ſtella canicula tpe eſtiuali. ⁊ ſubdit. Nihil ſolutū. i. ſegre
gatū. antiq̄ lege. i. eterna lege diuie ꝓuidētie. linqt. i. dere
liqt op⁹ ꝓprie ſtatiōis. i. ad qđ opandū eſt ſtatutū. ¶ No
ta q̄ q̄ttuor ſunt ptes. āni. ver. hyems. autūnus. ⁊ eſtas.
In vere flat ventus q dicit̄ zephirus q eſt collateralis fa-
uonii. ⁊ qꝛ flatus eius eſt lenis: iō dicitur mitis ⁊ produ-
cit viridia. In hyeme ⁊ maxime in principio viget flatus
boree. q eſt ventus collateralis aqlonis cui⁹ flatus eſt for
tis ⁊ frigidus. ⁊ deſtruit viridia dēudādo arboreſ. ¶ No
ta q̄ arcturus eſt ſtella circa maiorem vrſam q̄ dicitur vi
dere ſemīa. qꝛ tpe ſui ortus. quo orit̄ cum ſole tunc ſemi-
natur ſicut in autūno. ¶ Nota. ſirius ē ſtella q̄ alio nomi
ne dr̄ canicula. ⁊ dr̄ ſirius a ſirē qđ ē tractus pp lōgū trac
tum caloris. apparet cū ſol ē in cācro. ⁊ dr̄ vrere ſegetes
. i. maturare. ¶ Nota. d̄ arcturo dicit yſido. ī li. ethimol.
arctur⁹ ē ſid⁹ poſt caudā maioris vrſe poſitū. ⁊ orit̄ tpe au
tūnali. ſed vegeti⁹ dicit arcturum oriri poſt idus ſeptēbreſ
17. klās octobris. Itē dicit Iſido. cāicula ē ſtella ⁊ dr̄ ſiri⁹
q̄ eſtiuis mēſib⁹ in medio centro celi ē. ⁊ iuncta cū ſole du
plicat̄ calor eius. ⁊ diſſoluūtur corpa a qua ſtella dñr di
es caniculares in quibus moleſte ſunt purgationes.

Omnia certo fine gubernas.
Hominum ſolos reſpuis actus.
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tantas lubrica verſat
Fortuna vices. premit inſontes
Debita ſceleri noxia pena.
At peruerſi reſident celſo
Mores ſolio: ſanctaqꝫ calcant
Iniuſta vice colla nocentes.
Latet obſcuris condita virtus
Clara tenebris. iuſtuſqꝫ tulit
Crimen iniqui.
Nil periuria: nil nocet ipſis
Fraus mendacii compta colore.
Sed cum libuit viribus vti.
Quos innumeri metuūt populi.
Summos gaudent ſubdere reges

¶ Oīa certo fi. ⁊c. In iſta pte boe. tangit actus hoīm nō re
gi a ꝓuidentia diuina ſꝫ derelictos regimī fortune dicēs.
O deus tu gubernas oīa certo fine. i. certo ordine ad finē
⁊ reſpuis. i. ſpnis regere ſolos act⁹ hoīuꝫ. g⁹ o rector de⁹
tu merito cohibere. i. coerceas. cur lubrica fortuna. i. iſta
bilis fortuna verſat. i. vertit̄. tātas vices. i. alternationes
qꝛ ipſa p̄mit inſontes. i. innocētes. noxia pena debita ſcele
ri. i. hoī ſcelerato. ⁊ puerſi mores. i. hoīeſ puerſi in morib⁹
reſident in celſo ſolio. i. alto loco. ipſi nocentes. i. mali cal
cant ſctā colla. i. colla ſctōꝝ hoīuꝫ īiuſta vice. i. iiuſta alter
natiōe. q ſancti poti⁹ deberēt calcare colla nocētū q̄ꝫ ecō
uerſo. ⁊ clara virtus. i. homo clare virtutis. latet condita.
i. abſcondita. obſcuris tenebris. i. ab hoībus vicio obſcu
ratis. ⁊ iuſt⁹ homo tulit. i. ſuſtulit. crimē iniqui hoīs. ⁊ p
iuria nil nocent ipſis iniqs. ne fraus compta. i. ornata.
mendacii colore. i. falſa apparentia nocet ipſis. ſꝫ cū pra
uis libuit vti viribus. i. exercere vires. quos prauos me-
tuunt innumeri ppli. i. vulgares. tunc ipſi gaudēt ſubdere
. i. ſuplantare ſummos reges ideſt bonos ⁊ ſapientes quo
rum eſt regere ⁊ alios gubernare. ¶ Itē deus oīa guber-
nat certo fine. qꝛ dicit cōmentator. io. meth. Deus eſt mē
ſura omnium ⁊ regula ⁊ infallibiliter verum metrū. ⁊ cō-
mentator dicit primo celi ⁊ mundi. Entia diuina nos gu-
bernant ⁊ regunt ⁊ nobis ſunt quaſi finis. ¶ Item illud
quod eſt ſapiētiſſimū regit certo fine cum ſapientis ē rege
re. ſed deus ē ſapientiſſimus eo q̄ ſapia a deo ꝓceſſit. vñ
ſcriptura. Oīs ſapia a deo eſt. ¶ Nota boe. vidit in mun
do bonos deprimi et malos exaltari. cum tamē poti⁹ fie
ret ecōuerſo. Ideo ſibi videbat̄ q̄ actuſ et opatiōes hoīuꝫ
non regerent̄ a deo. ſed magis a fortuna que hūc hūiliat
⁊ hunc exaltat. Ideo boetius deo conquerit̄.

O iam miſeras reſpice terras:
Quiſquis rerum federa nectis.
Operis tanti pars non vilis
Homines quatimur fortune ſalo.
Rapidos rector comprime fluctus.
Et quo celum regis immenſum
Firma ſtabiles federe terras.

¶ O iaꝫ mi. ⁊c. Hic boe. rogat ut deus regat actus hoīm.
⁊ homines ſicut regit celum. d. O quiſquis deus es tu q

nectis.i.coniungis.federa.i. concordias rerum : reſpice
miſeras terras.i.hoīes in terris habitantes. Nos enim
hoēs nō ſum⁹ vilis pars ſed valde nobilis tanti tui opis.
i.mundi. nos ꝯtimur.i.concutimur. ſalo.i.mari.⁊ amari-
tudine fortune.ideo tu deus comprime.i.reſtrige.rapi-
dos fluctus.i.magnos impetus fortune.⁊ eo federe. i.re-
gimine. quo regis immenſum celū firma.i.robora. ſta
biles terras.i.homines ſtabiles in terra. ¶ Nota hoe. di
cit hominem non eſſe vilem partem mundi. qꝛ ſcribitur
in prologo li. de pomo ariſt. Homo eſt digniſſima crea-
turarum ſimilitudo oīm ad imaginem dei factus.⁊ ſecun
do de aīa.quodāmodo aīa conuenit cum oībus creaturiſ
cū angelis in intelligendo: cum brutis in ſentiendo.cum
plantis in vegetando.cum lapidibus in eſſendo. ¶ Nota
bo.comparat fortunam ſalo.i. mari. Sicut enim nauis
vndis marinis iactatur in altum nunc: ⁊ nunc in profun
dum.ſic homo per fortunam nunc in proſperitate leuat᷑
nunc in aduerſitate deiicitur.

Proſa quinta primi libri.

Hec vbi continuato dolore delatraui.il
la vultū placido: nihilq̄ȝ meis queſti-
bus mota. P. Cum te inquit meſtum
lachrimanteq̄ȝ vidiſſem illico miſerum
exulemq̄ȝ cognoui. Sed ꝙ longinquum eſſet exi
lium.niſi tua ꝓdidiſſet oratio neſciebā. Sed tu
ꝙ ꝓcul a patria non quidē pulſus es: ſed aber-
raſti. At ſi te pulſum exiſtimari mauis: te potius
ipſe pepuliſti. Nam id quidem de te nunꝙ cuiꝙ
phas fuiſſet. Si enim cuius oriūdus ſis patrie re
miniſcaris: non vti athenienſium quondā multi
tudinis imperio regit᷑: ſed eius vnus dn̄s ē ⁊ vnus
rex: vnus ⁊ princeps qui regit eā. Qui frequētia
ciuiū non depulſiōe letat᷑. Cuius agi frenis atq̄ȝ
obtemperare iuſtitie ſumma libertas ē. An igno
ras illam tue ciuitatis antiq̄ſſimā legē: qua ſanci
tum eſt ei ius exulare non eſſe q̄ſquis in ea ſedem
fundare maluerit. Nam qui vallo eius ac muni
mine continetur: null⁹ metus eſt ne exul eſſe me-
reatur. At quiſquis inhabitare eam velle deſie-
rit pariter deſinit etiam mereri.

¶ Proſa quinta primi libri.

Hec vbi cōtinuato. Hic incipit quinta ꝓſa hu-
ius primi in qua boe.oſidit quō phīa ſe habuit
ad ſuam querimoniam ⁊ quid ex ea cognouerit
.2.phīa quedam dicta Boetii irrationabilia
ꝑuipendit.3.ſub breuitate recolligit ea q̄ ipſū
boetium ꝑturbant.4.phīa dat modum remedendi ipſū
boe.ſecunda ibi. Itaq̄ȝ non tam me loci huius. tertia ibi.
Et tu quidem de tuis. quarta ibi. Sȝ qm̄ pluribus. Dicit
primo poſtq̄ȝ ego bo. delatraui.i. contra rōem locutus
ſum.hec.ſup.predicta ꝯtinuato dolore.i.aſſidua turbatō
ne. illa.ſup.phīa placido vultu nihil mota.i.irata. meis
queſtibus. de meis querimoniis.inquit.i.dixit. Cū.i.qm̄
ego vidiſſem te boe.meſtū.i.triſtem.q̄ȝ ꝓ ⁊.lachrymantē.
i.flentem.illico.i.ſtatim cognoui te miſeꝝ.q̄ȝ ꝓ ⁊ exulem
.i.patientem exilium.ſed q̄ȝ longiquum.i.remotum.eſſet
illud exilium ego neſciebam. i. ignorabam. niſi tua orō
i.ſmo.mihi ꝓdidiſſet.i.reuelaſſet.ſȝ tu ſup.bo.qdē ꝓ cer
te.ñ es pulſ⁹ q̄ȝ ꝓcul.i. valde remote.a pr̄ia.i.a iudicio ra
tionis.ſed aberraſti.i.deuiaſti.at ꝓ ſed.ſi te mauis.i.ma
gis vis.exiſtimari.pulſum a patria potius ſup.tu ipſe pe
puliſti te. Bo. Nam pro qꝛ.quidem ꝓ certe.id ſup. repe-
lere te a pr̄ia nunq̄ȝ fuiſſet phas.i.licitum.cuiq̄ȝ ſup.hol

mini. Si enim remiſcaris.i.recorderis.cuius patrie.i.de
qua patria ſis oriundus.i.natus.non vti pro ſicut.ſup. ci
uitas athenienſium quondam regitur.imperio.i.ex prece
pto multitudinis.i.multoꝝ rectorū.ſeq᷑ grecū qd̄ tm̄ va
let in latino.ſed.vnus eſt dn̄s ⁊ vnus rex: vn⁹ ⁊ princeps
qui letat᷑.i.gaudet.de freq̄ntia ideſt frequenti inhabitatio
ne.ciuium.i.incolarum.⁊ non de pulſione.cui⁹ regis agi
.i.duci.frenis.i.ꝑceptis.atq̄ȝ pro.⁊ obtemperare.i.obedi
re.iuſtitie ſumma eſt libertas. An pro nunquid. ignoras
illā ātiq̄ſſimā legē.i.ſtatutū.tue ciuitatis.i.recte rōnis.q̄
ſancitum eſt.i.confirmatū eſt ius non eſſe.i.ad eum non
ꝑtinere exulare.i.exilium pati quiſq̄s.i.quicūq̄ȝ.maluerit
.i.optauerit.fūdare.i.locare in ea citate ſe.i. habitationē
ſuam.nam pro qꝛ.q continetur.i. comprehenditur vallo
ac munimine eius ſup.ciuitatis.nullus metus.i.timor.ē
illi ut mereat᷑ eſſe exul.at pro ſed. quiſquis deſierit.i.ceſ
ſauerit.velle inhitare eam ciuitatem pariter deſinit etiam
mereri.i.meritum conſequi. ¶ Nota ꝙ delatrare proprie
eſt canum.in propoſito autem delatrare eſt vrgente dolo
re ꝯ rōem loqui.⁊ ſic boe.qꝛ dixit actus hoīum non regi
a deo contra rationem loquebat᷑ ergo dixit ſe delatraſſe.
¶ Nota non eſt hoīs ſapientis moueri ex his q̄ dicuntur
ab inſipiente contra rōem.ſed magis debet inſipientem
inſtruere ⁊ ipm̄ ꝯſolari ergo philoſophia nō fuit mota ex
q̄ſtibus boetii.ſed magis ipm̄ ꝯſolabatur. ¶ Nota phīa
cognouit boetium eſſe miſerum ⁊ exulem: miſer eſt ille cu
ius animus ſequitur mutationem reꝝ tp̄aliū ita ꝙ extolli
tur in ꝓſperis.⁊ deprimit᷑ in aduerſis. Exul in propoſito
eſt ille non qui mutat regionem ſed q agit ꝯ rōem. ¶ No
ta ꝙ per lachrimas ꝑt cognoſci ꝙ rō hoīs eſt turbata.ſȝ
q̄ȝtum turbata ſit non cognoſcitur niſi ſermone dolentis
ergo dicit phīa lachrimis cognoui te eſſe exulē.ſed quā
tum eſſet exilium neſciebam: niſi tua orō mihi prodidiſſet
¶ Nota. ille pulſus eſt a pr̄ia qui oīno rōnem amittit.ſed
ille aberrat qui infra patriā in aliquo rōē retinet et in ali
quo amittit. Boe. autem non erat pulſus procul a patria.
quia non totam rationem amiſerat.credebat enī omnia
regi a deo.ſed in hoc aberrabat ꝙ actus hominum a deo
regi non putabat. ¶ Nota. de patria hoīs q̄ ē recta rō lo
quit᷑.ſen̄.in de remediis fortuitoꝝ dicēs Pr̄ia ē vbicūq̄ȝ
hō.bn̄ ē.illud autē qd̄ bn̄ ī hoīes eſt nō in loco ē: in hoīs
inquā ptāte ē. ſi ſapiens ē nō ꝑegrinat᷑.ſi ſtultus exulat
¶ Nota a patria rōis nullus boetium expulit niſi ipe ſeipm̄
qꝛ bo.ñ alieno īpetu ſȝ ꝓprio defectu termios ⁊ limites
rōnis exiuit. ¶ Nota citas athenieſiū regebat᷑ īpio multi
tudinis.primo.n.eā regebāt reges.poſtea.ſuccedente tp̄e
principes: tādē ꝓ regimine ei⁹ ſingul' annis eligebant᷑.38
ſapientes.ſȝ patria rōnis tm̄ vno principe regit᷑. ſ. deo q
eſt regl'a recte rōis. ¶ Nota hō dr̄ oriūdus a patria rōis i
q̄ȝtum aīa ei⁹ intellectiua.q̄ vtit᷑ recta rōne a deo oritur.
¶ Nota intm̄ hō manet in patria rōis iq̄ȝtū deo ſubiicitur
⁊ legi diue: ⁊ qꝛ deus in ſubiectione ſuoꝝ delectat᷑.iō le
tatur in multitudine ciuiū ⁊ ñ in expulſiōe eoꝝ. Repellit᷑
āt aliquis a patria rōis a deo rebellādo ⁊ a recta rōe rece
dendo. ¶ Nota.qui obtēꝑat ſe deo ē ſumme liber.qꝛ in-
q̄ȝtum aliquis agit ſm̄ rectā rōē intm̄ ē liber.ſȝ ꝑ obtem
perare ſe deo hō maxie agit ſm̄ rōē.g° tal' maxie liber ē.
vn̄ ſe.52.epl'a. dicit. Queris q̄ ſit libertas. libertas vā eſt
nulli rei ꝑterq̄ȝ deo ſuire.eq̄nimiter proſꝑa ⁊ aduerſa fer
re ⁊ fortunam in equū ducare.nota ꝙ a citate rōis nullus
exulat niſi ꝑ affectionē tp̄aliū.tal' āt affectio ē voluntaria
⁊ iō ſola voluntate aliquis exulat a tli citate ⁊ qꝛ tal's affe
ctio non poteſt hominē occupare q̄ȝdiu ē infra terminos
recte rōnis: iō dicit phīa.nam qui vallo eius. ⁊c̄.

¶ Itaq̄ȝ non tā me loci hui⁹: ꝙ tua facies mouet
Nec bibliothece potius comptos ebore ac vi-
tro pietes ꝙ tue mentis ſedē reqro. In qua nō
libros ſed id qd̄ libris ꝑciū facit: libroꝝ quondā

meoꝝ ſnias collocaui. Et tu quidẽ de tuis in cõe bonũ meritis vera quidem: ſ; ꝓ multitudine geſtorũ tibi pauca dixiſti. de obiectorũ ydẽ tibi vel honeſtate vel falſitate cũctis nota memoraſti. d̃ ſceleribus fraudibuſq; delatorũ recte tu quidez ſtrictiq; attingendum putaſti: ꝙ ea melius vberi uſq; recognoſcẽtiſ oia vulgi ore celebrentur. In crepuiſti ẽt vehementer iniuſti factum ſenatus. de nr̃a ẽt crimiatione doluiſti. leſe quoq; opioniſ damna fleuiſti. Poſtremo vo aduerſus fortunam dolor incãduit: ꝯq̃ſtuſq; ñ equa meritis p̃mia compẽſari: i extremo muſe ſeuiẽtis ut vtiq; celum terras quoq; pax regeret vota poſuiſti.

¶ Itaq; non tam. ꝛc. Hic pħia quedam dicta irrõnabilia bo. ꝑuipendit di. Ex quo aberraſti a patria rõis. itaq; ꝑ gͦ non tam. i. non tm̃. facies. i. diſpoſitio. huius loci. i. exilii. q̃ȝ. i. q̃ȝtuȝ. tua facies. i. interior diſpõ mentis tue. monet. i. ꝑturbat. me pħiaȝ q̃ diecta ẽ aduerſitate fortũe. ꝛ qꝛ ſuperius ꝯq̃ſtus fuit de carentia bibliothece librorũ. iſtã carentiam ꝑuipendens pħia di. Nec ego pħia requiro. i. inueſtigo parietes bibliothece. cõptos. i. ornatos ebore. i. oſſibus elephantum: ac pro etiam. vitro. i. gẽmis precioſis. q̃ȝ. i. inq̃ȝtũ. ſup. ego requiro ſedeȝ. i. tranquillitatẽ tue mẽtis. in q̃ mente non collocaui. i. ñ poſui libros ſed id. i. illud qd̃ facit pretium. i. p̃cioſitatem. libris. ſ. ſnias meorum librorum. ¶ Nota ꝙ Boetius ſupra conquerendo de ſtatu ſuo ſolum deplanxit incommoda corporalia nõ curans deiectionem animi ſui. Unde philoſophia contra hoc ſolum deplangit ſui animi deiectionem ꝛ incõmoda corporalia ꝑuidẽdit. ꝛ qꝛ ſupius q̃rta proſa dixit Boetius. Nunqd non mouet te facies huius loci. Ideo pħia hic ſibi rñdẽs dicit. multoplus moueor propter animi tui deiectionem q̃ȝ ꝑꝑ locum exilii in quo exiſti: homo enim fortis aïo oĩ loco vtitur pro pr̃ia. Vñ Ouidius in lib. de faſtis. Oẽ ſolum forti pr̃ia eſt piſcibus equor. ꝛ qa etiam conqueſtus fuit de bibliotheca rñdet pħia ꝙ ipa potius deplangat ſnias libroꝝ quas per obliuionem perdidit q̃ȝ carentiam bibliothece ꝛ librorum. ¶ Et tu quidez de tuiſ Hic pħia ſub breuitate recolligit que Boetium perturbauerunt dicens. Et tu Boeti dixiſti vera de tuis meritis. i. factis. in cõe bonum ꝛ propter oĩum hoĩum vtilitatem. ſ; ſup. dixiſti pauca ſup. beneficia. tibi eueniſſe pro multitudine geſtorum ideſt factorum tuorum. ꝛ tu memoraſti. i. recitaſti. nota. ideſt manifeſta cunctis hominibus de honeſtate. ideſt de ſaluatione ſenatuſ. vel falſitate. ideſt compilatione falſarum litterarum. obiectorum. i. imputatorũ tibi. quidem pro certe. tu ſtrictim putaſti. i. exiſtimaſti. attingendum ſup. eſſe recte. i. rationabiliter. de ſceleribus. i. de vitiis. q; pro. ꝛ fraudibus. i. deceptionibus. delatorũ i. accuſantium. ꝙ ea. i. oia iſta. celebrent̃. i. memorentur melius. q; pro. ꝛ vberius. i. copioſiuſ. ore. i. ſermone. vulgi recognoſcentis. i. memorantis oia. etiam tu Bo. increpuiſti. vehementer. i. fortiter. fcm̃. i. opus. iniuſti ſenatus ſup. totius. ꝛ tu etiam doluiſti de noſtra criminatione. i. vituperatiõe. ꝛ etiã tu fleuiſti. i. d̃fleuiſti dãna. i. crimina. leſe opiniõis. i. immaculate fame tue. Poſtremo. i. vltimo dolor incanduit aduerſus fortunam. i. contra fortunam: q; pro ꝛ. ſup. tu. Boeti conqueſtus es non compenſari. i. tribui. equa. i. digna premia. meritis. i. pro meritiſ. In extrẽo. i. i fine. ſeuiẽtis muſe. i. furiẽtis metri. tu poſuiſti. i. d̃diſti vota. i. p̃ces. ꝙ ea pax ſup. diuine ꝓuidentie. regeret. terras. i. hoĩes terrenos vtiq; pro ſicut regit celum. ¶ Nota ꝙ iſta oia fuerunt cauſa perturbationis mentis. Boe. ꝛ ꝑtractant̃ ea in q̃rta ꝓſa ꝛ in ñ. metri. o ſtelliferi.

¶ Sed qm̃ plurimus tibi affectuuȝ tumultus incubuit. diuerſumq; te dolor ira meror diſtrahũt: vti nunc mentis es: nondum te validiora remedia contingunt. Itaq; lenioribus paulliſper vtemur: vt que in tumorem pertubationibus influẽtibus induruerũnt. ad acrioris vim medicaminis recipiendam tactu blandiore moleſcant.

¶ Sed qm̃. Hic pħia dat modũ medendi ipm̃ Boe. dicẽs Sed quoniam plurimus tumultus. i. valde magna multitudo affectuum. i. paſſionum. incubuit. i. inſtitit tibi. ꝛ dolor ira ꝛ meror. i. triſticia. diſtrahunt te diuerſum. i. ad diuerſa. ſup. ideo vti pro ſicut. nunc mentis es. nondum contingunt. i. reſpiciunt te. validiora remedia. i. fortiora medicamenta. itaq; nos vtemur pauliſꝑ. i. modicum. lenioribus ſup. remediis. vt ea que induruerunt. i. indurauerunt in tumorem. i. inflaturaȝ. perturbationibus. i. triſticiis ai influentibus. i. euenientibꝰ ꝛ vt illa molleſcant. i. mollia fiant. blandiore tactu. i. leuiori medicina. ad recipiendam vim acrioris. i. fortioris medicaminis. ¶ Nota ꝙ Boe. fuit diſtractus multitudine affectionum. ſ. ira merore ꝛ dolore. Nam ira trahit hoĩem ad vindictam dolor ad deſperationem. meror ad totius mentis aggrauationeȝ ideo dicit pħia ꝙ ſua ꝑturbatio iam non poſſit ſuſtinere fortiora remedia. ſed velit ſibi adhibere lenia vt ꝑ talia p̃ꝑatus ꝛ diſpoſitus ꝯñter poſſet ꝑcipe remedia acriora.

¶ Metrum. ſextum primi libri.

Um phebi radiis graue
Cancri ſydus ineſtuat:
Tum qui larga negantibus
Sulcis ſemina credidit.
Eluſus cereris fide
Quernas pergat ad arbores.
Nunq̃ purpureum nemus
Lecturus violas petas.
Cum ſeuis aquilonibus
Stridens campus inhorruit.
Nec queras auida manu
Uernos ſtringere palmites:
Uuis ſi libeat frui
Autũno potius ſua
Bacchus munera contulit.

¶ Metrum ſextum primi libri.

Um phebi. radiis graue. Hic incipit. ſextum metrum huius primi qd̃ dicit̃ metrum gliconium ab inuentore coriambicum a pede predñante. Eſt autez coriambꝰ pes ꝯſtans ex prima ꝛ vltima longa et duabus mediis breuibꝰ Vñ primus pes huius metri eſt ſpondeus. ſecundus coriãbus. tertius pirrichius q eſt pes ꝯſtans ex duabus breuibus ꝛ loco eius aliqñ ponitur iambus q conſtat ex prima breui ꝛ vltima longa. In h̃ gͦ metro pħia ꝓbat dcm̃ ſuũ per exempla. Dic̃ enim ꝙ Boe. pro nunc non ꝯuenirent remedia fortia. ſ; alio tp̃e. probat gͦ ꝙ oia regrãt tp̃s determinatum ꝛ ſi fiant ex̃ ſuum tp̃s non ꝓſperant̃. ꝛ h̃ ꝓbat tribus exẽplis. ſcd̃o. tangit tp̃a nõ permiſceri q̃ deus diſtinxit. ibi. Signat tp̃a. Primũ exẽplum eſt de ſemine qd̃ ſi ſeminat̃ non debito tp̃e nõ ꝓfert fructum. Ut ſi qs ſeminaret in Julio vel in auguſto. vñ dic̃ ſic in lr̃a. Cum pro qñ. graue ſydus cancri illius ſigni. ineſtuat. i. ardeſcit radiiſ phebi. i. ſolis. tũ. i. i illo tp̃e q credidit. i. cõmiſit. larga ſemina. i. copioſa ſemina. ſulcis. i. cauerniſ. terre. negãtibꝰ ſup. ſpẽ meſſis. talis eluſus. i. fruſtratꝰ. fide. i. bñficio cereris. i. dee frugũ. ꝑgat. i. accedat. ad arbores q̃rnas. i. quercuũ. ꝛ veſcat̃ fructibus eaꝝ. Tũc ponit ſcd̃ȝ exẽplũ d̃

floribus q̄s hõ fruſtra q̄rit tp̄e hyemali cū tp̄s eorꝫ ſit in
vere. Uñ dicit in lr̃a. Tu lecturus.i.collecturꝰ violas .ta-
les flores nunq̄̄ petas.i.accedas purpureū nemus.i.flo
ridam ſiluam.cum ideſt qñ.campus ſtridens.i.ſonans cā
pus inhorruit.i.horribiliter appꝫuit. ſeuis aqlonibus.i.
crudelibus ventis hyemalibus Tunc ponit tertium exem
plum ⁊ eſt de vuis q̄ mature ſūt in autūno ⁊ iõ fruſtra q̄rā
tur tp̄e vernali. Uñ dicit in lr̃a. ſi libeat frui vuis ſ. q̄ras
auida.i.cupida manu ſtringere vernos palmites.i.verna
les vites.q: baccus deus vini.potius ꝯtulit ſua munera.
i.vuas autūno.i.tp̄e autūnali. ¶ Nota ꝙ ſyduſ cancri.dr̃
graue.q: ſole exñte in cancro hoīes grauāt̃ nimio calore
q̄ſ tp̄e nõ ē ſeminandū.q: ad h̃ ꝙ ſemen choaleſcat.reqrit̃
humor q calore ſolis feruido tp̄e reſoluit̃ ⁊ euaporat.
¶ Nota ſm̃ fabulas cū pluto rapuerat ꝓſerpinā mr̃ eius
ceres q̄rēs ipāꝫ i terris ⁊ ñ īueñēs denegauit hoībꝰ bñficiū
frugū.⁊ tūc hoīeſ ꝑgebāt ad arboreſ q̄rcuū ⁊ cōedebat glā
des.⁊ ſic loquit̃.p.in lr̃a. ¶ No.de h̃ ꝙ dicit ſtridens cā
pus dicit hu.ꝙ ſtrideo des.vel ſtridio dis.eſt fortiter ſo-
nare vel dentes concutere.

Signat tempora proprijs
 Aptans officijs deus.
Nec quas ipſe coercuit
 Miſceri patitur vices:
Sic quod precipiti via
 Certum deſerit ordinem:
Letos non habet exitus.

¶ Rurſus inquit. Hic pħia ponit ſcδam rõnem dicens. Si ſint duo qbus ſit idem ꝓpoſitũ. i. eadem intentio faciendi aliqd ſm naturã: ꝛ vnus coꝝ agat idipſum ꝛ ꝑficiat ipſum naturali. offõ. i. naturali organo. alter vͦ minime qat adminiſtrare. i. adimplere illud offm̃. ſed alio mõ q̃ꝫ nature ꝯuenit. non impleat ꝓpoſitũ: ſed imiteť implentẽ quẽ hoꝝ duoꝝ decernis. i. iudicas eſſe valentiorẽ. i. potẽtiorem dicit Boetius. Etſi pro q̃ꝫuis ꝯiecto. i. ꝯſiderẽ qd velis. tñ ego deſidero planius audire. Tũc pħia declarat ſibi in exemplum dicẽs. Nũ negabiſ motũ ambulãdi hoibus ineẽ ſm naturã dicit Boetius minime nego. et pħia etiam nũ dubitas eius rei. i. act⁹ ambulandi. eſſe offm̃ naturale peduꝫ. dicit Boeti⁹. nec hoc dubito. ꝛ pħia. Si qs igiť ambulet valens incedere pedibus Alius autem cui h̃ offm̃ deſit manibus nitens. i. laborans: ambulare conẽť quis hoꝝ põt exiſtimari valentior. dicit Boetius. Contexe cetera. q. d. ꝓcede in rõne tua. qꝛ null⁹ ambigit qn potẽs i naturali officio ſit valentior eo qui nequeat. i. non põt in idem offm̃. Tunc pħia iſti ꝓpoſitioni ꝑmiſſe tanq̃ꝫ maiori adiungit vnam minorẽ dicens. Sed ſummũ bonũ qδ eque bonis ꝛ malis eſt ꝓpoſitũ: boni qdem petunt. i. adipiſcũtur. officio naturali. ſ. virtute: mali vͦ conãtur adipiſci idipſum per variam cupiditateꝫ reꝝ tꝑaliũ qδ non eſt officium naturale adipiſcendi bõi. An tu o Boeti eſtimaſ aliter. Cui Boetius. Minime inquã ꝛ Boetius q̃ſi ꝑcurrendo ꝯcludit principale intentum dicens Nam etiam illud qδ eſt ꝯñs patet mihi. Ex his enim que cõceſſerim neceſſe eſt bonos eẽ potentes: malos vͦ ibecilles ꝛ pħia applaudens Boetio dicit. Recte inquit ꝑcurris. ꝛ illud ẽ ſignum ſicut medici ſolent ſꝑare iudiciũ. i. ſignũ erecte nature ꝛ nature reſiſtentis ſuꝑ. ipſi morbo. ¶ Notandum ꝙ ex lr̃a formatur talis rõ. qñ duo intendũt aliqδ ꝓpoſituꝫ naturaliter qδ id ꝓpoſitum ꝯſeqť officio naturali eſt potens. ꝛ qδ non conſeqť illud ꝓpoſitũ naturali officio eſt i potens. ſed tã boni q̃ꝫ mali tendunt naturalr̃ ad btitudinem. ꝛ bõi ipſam conſequũtur naturali officio. ſ. virtute. mali autem non. ergo boni ſunt potentes mali vͦ impotentes. ¶ Nota circa vltimum ꝙ medici ſolent accipere ſigna prenoſtica ſanitatis ex egro qñ patiens erigit. ſe ꝛ ꝑ ſe nititur fortiori remedio. Sic in Boetio ſignum erat cõualeſcentie ꝛ ſanitatis: ꝙ ipſe rõnem pħie remediantem quaſi ꝑcurrens per ſe compleuit.

¶ Sed qm̃ te ad intelligendum promptiſſimum eſſe conſpicio: crebras coacervabo rões. Vide enim quanta vitioſorum hoium pateat infirmitas: qui nec adhoc quidem ꝑuenire queunt: ad

qꝺ eos naturalis ꝺucit ac pene compellit intẽtio. Et quid ſi hoc tam magno ac pene inuicto pre- euntis nature ꝺeſerũtur auxilio.

¶ Sed qm̃ te. Hic pħia coaceruat quaſdã alias rõnes bre ues ad ꝓpoſitum oñdendũ ⁊ ſunt quattuor rõnes. ſcꝺa ibi Conſidera ꝟo. tertia ibi. In qua re. quarta ibi. Cur. n. pri mo ꝺicit. Sed qm̃ te cõſpicio ꝓmptiſſimũ ad intelligendũ ego coaceruabo. i. componã crebras rõnes. vide. n. quan ta pateat infirmitas vitioſoꝝ hoīum. qui nec ad ħ queunt ꝑuenire. ad qꝺ ꝺucit ⁊ compellit eos naturalis intentio ⁊ quid eſſet ꝺe iſtis malis cenſendũ. ſi ꝺeſererentꝛ ħ auxilio nature ꝑeuntis tam magno ac pene inuicto. q. ꝺ. nihil ali ud cenſendũ eſt. niſi ꝙ ĩpotẽtie coꝝ hoc aſcriberetꝛ. ¶ No tandũ ꝙ tam boni ꝗ̃ mali vl̄r tendunt ad bonũ: ⁊ mali ꝺe ficiunt ab eo qꝺ cõpetit eis ſm̃ naturã. ex hoc arguitꝛ ſic maxima impotentia eſt ꝺeficere ab eo qꝺ natura intendit ſed hoc faciunt mali: ergo mali ſunt impotentes. ¶ Notã dũ ꝙ ꝺicit pene inuicto. ꝙ appetitus naturalis boni non hꝫ contrariũ repugnãs quo vincatꝛ. ſed tm̃ per ignorãtiaꝫ ⁊ errorẽ vitioꝝ ꝯuertitꝛ. ⁊ ita aliquo mõ vicitꝛ lꝫ nõ ꝺirecte.

¶ Conſidera ꝟo quãta ſceleratos hoīes hẽat im- potentia. neqꝫ enim leuia aut ludicra premia pe- tunt: que conſequi atqꝫ obtinere non poſſunt ſed circa ipſam reꝝ ſummã verticẽqꝫ ꝺeficiũt: nec in eo miſeris contingit effectus. quod ſolũ ꝺies no- cteſqꝫ moliuntur.

¶ Conſidera ꝟo quanta. Hic pħia ponit ſcꝺam rõneꝫ ⁊ ꝺi cit. Conſidera ex his que ꝺicam quãta impotẽtia habeat ſceleratos hoīes. neqꝫ enim petunt. i. appetũt ꝓmia leuia ⁊ ludicra. i. iocoſa. ſed ipſi ꝺeficiũt circa ipſaꝫ ſummã ſup. ꝑfectionẽ reꝝ atqꝫ verticem. Nec ꝯtingit ipſis miſeris ef- fectus boni in eo. i. ꝓꝑ hoc ꝙ ipſi moliuntꝛ. i. laborant ac ꝗrere ꝺies ⁊ noctes. i. tranſitoria ⁊ tꝑalia bõa. ¶ Nota ex lr̃a formatꝛ talis rõ. quanto maius eſt illud a quo aliqs ꝺe ficit. tanto maior eſt ſuus ꝺefectus ⁊ in maiorẽ impotẽtiã cadit. ſed illud a quo mali ꝺeficiunt. non eſt qꝺ vile ⁊ mo- dicũ ſꝫ ẽ ſũmũ bonũ. ergo maloꝝ maxima eſt ĩpotẽtia.

¶ In qua re bonoꝝ vires eminent. Sicut. n. eum qui pedibus incedens: ad eum locũ vſqꝫ perue- nire potuiſſet quo nihil vlterius peruium iaceret inceſſui: ãbulãdi potẽtiſſimũ eẽ cẽſeres: ita cũ qui expetẽdoꝝ finem. quo nihil vltra ẽ apprehendit: ꝓotẽtiſſimũ neceſſe ẽ iudices. Ex quo fit qꝺ huic obiacet: vt idẽ ſceleſti viribꝰ oībꝰ videãtꝛ eẽ ꝺeſerti.

¶ In qua re bonoꝝ. Hic pħia ponit tertiam rõnẽ ꝓbãdo bonos maxime eſſe potentes ꝯtractando exemplũ ſupra- poſitũ. ⁊ ex hoc ꝯcludit malos maxime eſſe impotentes. ⁊ ꝺicit. In qua re. ſ. aſſuctu die boni ꝺeſiderati eminẽt vires bonoꝝ ſup. ⁊ vires maloꝝ non. Sicut enim cenſeres. i. iu dicares. eſſe ambulandi potentiſſimũ: qui pedibꝰ incedẽs potuiſſet ꝑuenire vſqꝫ ad eum locũ. quo vlteriꝰ nihil par uium. i. manifeſtũ iaceret inceſſui. ita neceſſe eſt ꝙ eum iu dices potentiſſimũ: qui apprehendit finẽ expetendoꝝ. quo nihil eſt vltra. tales autẽ ſunt boni. Ex quo fit. i. ſequitur qꝺ huic obiaceat. i. ꝯtrariũ eſt. vt idẽ ſceleſti. i. mali videã tur ꝺeſerti oībus viribꝰ. ¶ Notandũ ꝙ ſicut viator aliqs ꝺicitur potens cũ ambulat ad eũ locũ vbi nihil amplius reſtat ꝺe via. ſic boni qñ ꝑueniunt ad finem ⁊ ad bonũ qꝺ trãſcendi nõ poteſt. ideo ꝺicuntur potentes. mali aũt quia ſꝑm attingere non poſſunt ꝺicuntur impotentes.

¶ Cur enim relicta virtute vitia ſectantur. inſci- tia ne bonoꝝ: ſed quid eneruatius ignorantie ce citate: an ſectanda nouerunt: ſed trãſuerſos eos libido precipitat. ſic quoqꝫ intẽꝑãtia fragiles qui obluctari vitio neqũt. An ſciẽtes volenteſqꝫ bo- num ꝺeſerunt: ad vitia ꝺeflectũtur. Sꝫ hoc mõ non ſolũ potentes eſſe: ſꝫ oīno eſſe ꝺeſinunt. Nã qui cõem oīuꝫ que ſũt finẽ relinquũt: pariter quo qꝫ eſſe ꝺeſiſtunt

¶ Cur enim virtute. Hic pħia põit quartã rõnẽ. ſcꝺo exclu dit quãdã ꝺubitationẽ. ibi. Qꝺ quidẽ. Rõ quã intendit in ſumma eſt iſta. mali qñ relicta virtute ꝺeclinant ad vitia aut ſciunt bonum eſſe adherere virtuti aut neſciunt. ſi ne- ſciunt peccant ꝑ ignorãtiã. nihil aũt eſt impotentius igno rantia. ergo mali peccantes ignorantia ſunt ĩpotẽtes. Si aũt ſciunt bonũ eſſe adherere virtuti ⁊ ꝺeclinant ad vitia aut volentes ꝺerelinquũt. bonũ aut nõ. Si nõ volẽtes ſed attracti libidine paſſionũ ꝯuertũtꝛ ad vitia. ſeqtur ꝙ ſunt ĩ potentes. qꝛ maxima impotentia eſt nõ poſſe reſiſtere paſ- ſionibus. Si aũt ſcientes ⁊ volentes relinquũt bonum. ſe quitꝛ ꝙ non tm̃ fiunt impotentes. ſed etiã ꝙ oīo non ſunt Cum enim oīs natura inquãtũ hmõi habeat ordinem ad finem: inquãtum aliquid ꝺeſiſtit ab ordine ad finem: intã tũ ꝺeficit a natura. ⁊ ꝑ ꝯñs ab eſſe ipſius nature. Iſtã ra- tionẽ pretendit in lr̃a. ꝺ. Cur enim relicta virtute mali ſe- ctantur vitia. ne pro nũqd. hoc eſt ex inſcitia. i. ex ignoran tia bonoꝝ. Sed qꝺ eſt eneruatius. i. ꝺebilius cecitate igno rantie. quaſi ꝺiceret nihil. an ipſi nouerunt ſectanda bona Sed ipſos tranſuerſos libido. i. concupiſcentia ꝑcipitat in vitia: ⁊ ſic ipſi fragiles intemꝑantia. i. ꝓꝑ itẽperantiam li bidinis: nequeũt vitio obluctari. i. reſiſtere. An ſcientes ⁊ volentes ꝺeſerunt bonum: ⁊ ꝺeflectũtꝛ ad vitia voluntate ⁊ ſcia. ſed hoc mõ non ſolum potentes eſſe ꝺeſinũt ſꝫ oīno ꝺeſinunt eſſe. Cuius aſſignat rõnẽ. nam ꝗ relinquũt cõeꝫ finem oīum que ſunt. ſ. ꝺeũ qui eſt ipſum eſſe. pariter eſſe ꝺeſiſtunt. ¶ Notandũ ꝙ primũ ens veriſſime habet eſſe. ipſum eſt cã eſſe oībus vt ſint. vt pꝫ ꝑ cõmẽtatorem. z. me thaph. ⁊ p̄lo celi ⁊ mũdi. Ab hoc ente ꝺeriuatũ eſt ſingu- lis eſſe ⁊ viuere. quãto ergo magis per vitia recedit a pri mo eſſe tanto magis ꝺefinit. Vñ btũs Greg. in lib. mora liũ. loquẽs ꝺe ꝺyabolo ꝺicit ꝙ ꝺiabolus bñ ꝺicitꝛ nõ eſſe qꝛ a ſumma eẽntia receſſit. ⁊ per ħ quotidie excreſcente ꝺe fectu tendit ad non eſſe: qm̃ ab eo qui eſt verũ eẽ cecidit.

¶ Notandũ ꝙ pħia tres aſſignat cãs ex qbus omne pecca tum ꝓcedit. Oīs enim peccans vel peccat ex ignorantia. ⁊ hunc modũ primo tangit. vel peccat ex impotentia reſiſtẽ di. ⁊ iſtum ſcꝺo tangit. vel ex voluntate ⁊ malitia. ⁊ illum modum quia grauior eſt vltimo ponit.

¶ Quod quidẽ cuipiã mirꝫ forte videatꝛ vt malos qui plures hoīuꝫ ſunt eoſdẽ nõ eẽ ꝺicamus. ſed ita ſeſe res habet. Nã qui mali ſunt eos malos eſſe nõ abnuo. ſed eoſdẽ eẽ pure atqꝫ ſimpliciter nego. Nam vti cadauer hoīem mortuũ ꝺixeris ſimpliciter aũt hoīeꝫ appellare non poſſis: ita vi tioſos malos quidẽ eſſe cõceſſerim. ſed eẽ abſolu te nequeã cõfiteri. Eſt enim qꝺ ordinẽ retinet ſer uatqꝫ naturaꝫ. Qꝺ ꝟo hac ꝺeficit: eſſe etiam qꝺ ĩ ſui natura ſitum eſt ꝺerelinquit.

¶ Qꝺ quidẽ cuipiaꝫ. Hic pħia excludit ꝺubitationẽ. Ali quis. n. ꝺubitaret. quõ aliqs poſſit eſſe malꝰ ⁊ tñ ꝺici nõ eſſe. hoc excludit pħia ꝺicens. Mirum forte videatur cui piam. i. alicui. vt malos qui plures ſunt hominum ꝺica- mus ipſos non eſſe. Sꝫ ita res ſeſe hꝫ ꝗuis mirꝫ videatꝛ. Nã qui ſunt mali eos eſſe malos non abnuo. i. nego. ſed ipſos ſimpliciter ⁊ pure eſſe nego. Nam ſicut cadauer ho minẽ mortuũ ꝺixeris. ſimplr̃ aũt hoīem appellare nõ poſ ſis. Ita vitioſos malos eſſe conceſſerim. ſed nequeã cõfite riꝰ ipſos abſolute eſſe ſine ꝺeterminatiõe ꝺiſtrahente. ⁊ re- plicat cãm prius ꝺictam ꝺicens. ſolum enim illud eſt qꝺ

UNIVERSITA DE

oꝛdīnē recte ſeruat ī natura. qȏ aūt ab hac natura ⁊ ab oꝛdine deficit: etiam qȏ in ſui natura ſitum eſt derelinquit.
¶ Notandū ꝙ malū eſt determīatio diſtrahēs ſicut ⁊ moꝛtuū. Unde ſicut ꝯcedendū eſt cadauer hoīs eſſe hominem moꝛtuū. tñ non ſimplr ꝯcedēdū eſt cadauer eſſe hoīem. ſic qȏcūqꝫ malum ꝯcedendū eſt eſſe malū: non tñ ſimplr eſt ꝯcedendū ipſum eſſe. Uñ ſicut patebit tertia proſa hoīes cōuerſi in malitiam humanam amiſerunt naturam. ergo per malitiam hoīes deſinunt eſſe quod fuerant.

¶ Sed poſſunt inquies mali. ne ego quidē negauerim: ſed hec quidem eoꝝ potentia non a viribꝰ ſed ab ībecillitate deſcendit. Poſſunt etiam mala que minime valerent ſi in bonoꝛum efficientia manere potuiſſēt. Que poſſibilitas eos euidentius nihil poſſe demonſtrat.

¶ Sed pñt inquies mali. Hic pħia excludit dubitationem contingentē circa pꝛīcipale ꝓpoſitum. Oſtenſum enim eſt ꝙ mali ſunt impotentes. Aliqs dubitaret quō verum ſit. cum tñ ꝯſuetum ſit dicere ꝙ mali pñt: hoc ſoluit pħia. ſecūdo oñdit ꝙ potētia maloꝝ nulla ſit. ibi. Nā ſi ſicuti. dicit primo O Boetitu inquies obiiciendo cōtra predicta: ꝙ mali pñt ſm ꝯſuetū modū loquēdi. Rñdet pħia: ego ñ qdem negauerī qn mali poſſint: ſed hec potentia ipſoꝝ ñ deſcendit a viribꝰ. ſed ab imbecillitate. i. a fragilitate. qȏ declarat. qꝛ mali pñt qdem mala que minime valerent. i. poſſent ſi potuiſſent manere in efficientia eoꝝ bonoꝝ. i. ſi efficientia maloꝝ eſſet talis qualis illa quā hñt boni. q̄ potiſſima eſt vt pꝫ ex dictis. Que poſſibilitas maloꝝ. q pñt mala. demōſtrat eos euidentius nihil poſſe. ¶ Notandū ꝙ dicit malos minime poſſe mala ſi ꝑmaneant in efficacia bonoꝝ. ex quo videꝭ ꝙ boni non pñt facere maluꝫ: nec per ꝯñs peccare. qȏ falſum eſt. cum iuſtꝰ ſepties in die cadat ⁊ foꝛtioꝛ reſurgit ſm ſcripturam. Adhoc dicēdū ꝙ boni nō pñt facere malum ex electione recte rōnis. que ſemꝑ deprecatur ad optima. lꝫ de potentia abſoluta poſſint facere malum. in quo tñ potentia eoꝝ ꝯiūgiꝭ voluntati ⁊ electiōi q̄ eligūt bonū ⁊ nō malū ſic dꝭ nō poſſe facere malū.

¶ Nam ſicuti pauloante collegimus: malū nihil eſt. cum mala tm̄modo poſſint nihil poſſe improbos liquet. B. Perſpicuum eſt. P:

¶ Nam ſicuti pauloante. Hic ꝓbat ꝙ potentia maloꝛum nulla ſit tripliciꝭ. ſcd̄a ibi. Atqꝫ vt itelligas. tertia ibi. huc accedit. Primo dicit. Sicut collegimus ante: malū nihil ē. ⁊ cū mali tm̄ poſſint mala. ex hoc liq̄t iꝑrobos nihil poſſe. Et dicit Boetius: ꝑſpicuū eſt. ¶ Notandū ꝙ ratio ſic formaꝭ. poſſe malū eſt poſſe nihil: cū malū nihil ſit: ſꝫ mali tm̄ poſſunt mala. ergo pñt nihil. ⁊ per ꝯñs nulla eſt eoꝝ potentia. ¶ Notandū de hoc ꝙ malū nihil ſit viſum ē prius. Et dicit beatus Augu. Cum vniuerſe nature ꝑ verbū dei facte ſint: iniquitaſ per ipſū facta nō eſt: quia iniquitaſ nulla ſubſtantia eſt: ⁊ peccatum non eſt natura ſed vitium nature appetentis illud qȏ non eſt ſui oꝛdinis.

¶ Atqꝫ vt itelligas quenā ſit huius potentie vis: ſummo bono nihil potentius eſſe pauloante diffiniuimus. B. Ita eſt inquam: p. Sed idem inquit malū facere nequit. b. Minime. p. Eſt igiꝭ inquit aliquis qui omnia poſſe homines putet. b. niſi quis inſaniat nemo. p. Atq idē poſſunt mala. b. Utinam quidē inquā non poſſent. p. Cuꝫ igiꝭ potēs bonoꝛū tm̄mō poſſit oīa. Nō vo q̄āt oīa potentes etiam maloꝛum: eoſdem qui mala pñt minus poſſe manifeſtum eſt.

¶ Atqꝫ vt intelligas. Hic probat idem alio modo dicens. O Boeti quenam ſit vis huius potentie qua mali dicūꭍ poſſe ſic ꝯſidera ex dicendis. Nos pauloante diffiniuimꝰ nihil eſſe potentius ſummo bono. ſ. deo. Ita eſt dicit boe. ⁊ pħia. Sed idem. ſ. ſummū bonū nequit. i. non pōt facere malum. Minime dicit Boetius. Et pħia. Eſt igitur aliquis q putet hoīes oīa poſſe. Nemo dicit Boetius niſi qſ inſaniat. ⁊ idem hoīes poſſunt mala facere: vtinam nō poſſent dicit Boetius. Igitur pħia arguit. Cū igiꝭ tm̄modo potens bonoꝝ poſſit oīa. non aūt queant. i. pñt oīa potentes maloꝝ. manifeſtū eſt eoſdem minus poſſe qui mala pñt. ¶ Notādū ꝙ poſſe malum magis arguit impotentiā q̄ꝫ potentiam. qꝛ ſi argueret potentiā: tunc deberet oīpotētiſſimo. ſ. deo qȏ falſum eſt. Uñ pōt argui ex littera ſic. Deus poteſt oīa: ⁊ non pōt malū. mali non pñt oīa. ⁊ pñt maluꝫ. ergo poſſe malū magis arguit īpotētiā q̄ꝫ potētiā

¶ Huc accedit ꝙ omnem potentiam inter expetēda numerandā: oīaqꝫ expetenda referri ad bonū velut ad quoddā nature ſue cacumen oſtendimus. Sed patrandi ſceleris poſſibilitas referri ad bonum non poteſt. Expetenda igitur non eſt. Atqui omnis potētia expetenda eſt: liquet igitur maloꝛum poſſibilitatem non eſſe potentiam.

¶ Huc accedit. Hic probat idē tertio modo dicens. Huc accedit ꝙ oēm potētiā eſſe numerandā inter expetenda. qꝫ pꝛo ⁊ oīa expetenda. i. deſideranda referri ad bonū velut ad quoddam cacumen. ideſt ad ꝑfectionē ſue nature. ſed poſſibilitas. i. potentia patrandi ſceleris. i. faciendi maluꝫ nō poteſt referri ad bonū. igiꝭ expetenda nō eſt. omnis āt potentia expetenda eſt. liquet igitur poſſibilitatē. i. valentiam ſiue potentiam maloꝝ non eſſe potentiam. ¶ Notādū ꝙ ratio ſic pōt formari ex lr̄a. Oīs potentia que eſt potentia natura eſt appetenda ⁊ refertur ad bonum. ergo potentia mali non eſt potentia.

¶ Ex quibus omnibus bonoꝝ quidem potentia: maloꝝ verū minime dubitabilis apparet īfirmitas: veramqꝫ illaꝫ platonis eſſe ſententiā liquet: ſolos quod deſiderarēt facere poſſe ſapientes. Iprobos vo exercere quidem qȏ libeat: qȏ vo deſiderent explere non poſſe. faciunt enim quilibet: dum per ea quibus delectantur id bonum qȏ deſiderant ſe adepturos putant. ſed minime adipiſcunꭍ qm̄ ad beatitudinē pꝛobꝛa non veniunt.

¶ Ex qbus oībꝰ bonoꝝ. Hic ex dictis ꝯcludit ꝯcluſionem pꝛīcipalem ꝯfirmando eam auctoꝛitate platonis dicens Ex qbus iam declaratis apparet minime dubitabilis potentia bonoꝝ. ⁊ infirmitas maloꝝ. ⁊ liquet veram eſſe illā ſnīam platonis. Solos ſapientes poſſe facere qȏ deſiderāt: iꝑrobos vero explere poſſe quod libeat. i. qȏ libidini placeat. qȏ vo deſiderent rōnali appetitu malos explere ñ poſſe. faciunt enim ſupple mali que. ſ. libido libet. i. expetit. dū putant ſe adepturos bonū quod deſiderant. per ea qbꝰ delectantur ſed minime adipiſcūꭍ. qm̄ pꝛobꝛa. i. vitia vel hoīes vitioſi non veniunt ad btītudinē. ¶ Notandum ꝙ deſiderium eſt appetitus rōnalis. libituꝫ aūt ſpectat ad appetitum ſenſualem. licet ergo mali affectent beatitudinem appetitu rōnali. tñ qꝛ faciunt qȏ libet ſequentes appetitum ſenſitiuū. ideo ad beatitudinem non perueniunt. Sapiētes aūt q ꝯtēnūt delectatiōes ſēſuales. ⁊ innituꭍ itellectualibꝰ ipſi ſūt q ꝑficiūt aīam ſuā ſcīa ſui creatoꝛis qui de nihilo fecit ens. vt ſcribiꭍ i lib. de pomo. Aīa nō triſtabiꭍ nꝫ ꝯturbabiꭍ cū recedit a coꝛpoꝛe: vt ſcribiꭍ i eodē.

¶ Metrum ſecundum libꝛi quarti.

Uos vides ſedere celſo
Solii culmine reges
Purpura claros nitente

Septos triſtibus armis:
Ore toruo comminantes:
Rabie cordis anhelos:
Detrahit ſi quis ſuperbis
Vani tegmina cultus:
Iam videbit intus artas
Dominos ferre catenas.
Hinc enim libido verſat
Auidis corda venenis.
Hinc flagellat ira mentem
Fluctus turbida tollens.
Meror aut captos fatigat.
Aut ſpes lubrica torquet.
Ergo cum caput tot vnum
Cernas ferre tyrannos.
Non facit quod optat ipſe
Dominis preſſus iniquis.

¶ Metrum ſecundum libri quarti.

Quos vides ſedere celſo. Iſtud eſt metrum ſcd̃z huius quarti. ⁊ eſt metrũ mixtũ. Primũ dicitur alemanicũ ab inuẽtore trochaicum a pede p̄dominante. ſcd̃m dicit̃ feregraciũ ab inuentore. ſpõdaicũ a pede p̄dñante. In quo metro ph̃ia oñdit quõ potẽtia maloꝝ ſit ↄſideranda: in q̃bus maxime videt̃ eẽ ſicut ſũt reges ⁊ p̄cipes. ⁊ dicit incipiẽdo ↄſtructionez ī ſeptimo verſu. Si q̃s detrahat. i. remoueat per ↄſiderationem ⁊ īrellectũ tegmina. i. tegimina vani cultus exterioris ſup̃bis regibus. Quos reges vides ſedere celſo culmine. i. altitudine. ſolii. i. cathedre. quos vides claros purpura nitente. ſeptos. i. circũdatos armis triſtibus. i. ↄtriſtantib⁹. reges inquã cõminantes. i. minas imponentes miſeris toruo ore. i. crudeli aſpectu. anhelos. i. cupidos vel feſtiuos rabie cordis. i. crudelitate mortis. Iam videbit dños tales ferre ītus. in aĩo artas cathenas. i. vincula vitioꝝ. qđ manifeſtat ſubdens. hic eni. i. ex vna p̃te. libido. i. cõcupiſcentia. verſat. i. p̄cipitat. corda taliũ tyrannoruz auidis venenis. Hinc. i. ex alia parte. ira turbida flagellat. i. punit. mentem ipſoꝝ. ira inquã tollens. i. excitans fluct⁹. i. diſturbia. aut captos infortunio aliquo meror ipſos fatigat. aut ſpes lubrica. i. vana torquet. Cũ ergo cernas vnũ caput. i. vnũ p̄cipem ferre. i. ſuſtinere. tot tyrannos. i. paſſiones tyrannizantes ipſe preſſus iniquis dominis. i. vitiis dñantibus. non facit qđ optat. ¶ Nota q̄ intentio ph̃ie ẽ dicere ſi quis viſu poſſet penetrare corda p̄ricipũ. quos videt ſedere in altis ſoliis ornatos claris indumẽtis. h̃ñtes arma terrentia. i. toruo vultu. reſpicientes miſeros. ſtatim viſu cognoſceret ipſos ligatos multis cathenis inſolubilibus. ſ. paſſionibus ire: ſpei. timoris ⁊ ſic ligati paſſionibus non faciunt qđ optant. ⁊ p ↄñs ſunt impotentes. ¶ Notãdũ q̄ dicit homo p̄ſſus iniquis dñis. i. vitiis dñantibus non facit qđ optat. dicit btũs Auguſti. in lib. de ciui. dei. Bonus etiam ſi ſeruiat liber eſt: malus aũt ſi regnat ſeru⁹ eſt: nec vnius hominis. ſed quod grauius eſt tot dominorum ſeruus eſt quot vitiorum.

¶ Proſa tertia libri quarti.

Vides ne igitur quanto in ſceno probra volutantur. qua probitas luce reſplendeat: In quo perſpicuũ ẽ: nunq̄ bonis premia: nunq̄ ſua ſceleribus deeſſe ſupplicia.

¶ Proſa tertia quarti libri.

Vides ne igitur. Iſta eſt proſa tertia huius q̃rti in qua oñdit ph̃ia malis nũq̄ deeſſe ſupplicia ⁊ bonis nũq̄ deeſſe p̄mia. Et primo philoſophia continuando ſe ad p̄cedẽtia. primo p̄mittit intentum ſuũ. ſcđo pſequit̃ intentũ. ibi. Rerꝫ etenim. Primo dicit ſic. Vides ne igitur o Boeti in quãto ſceno. i. in quãta vilitate impotentie voluant̃. probra. i. hoĩes probroſi ⁊ vitioſi. vides etiam qua luce. i. qua claritate potentie reſplendeat pbitas virtuoſoꝝ hoĩuz. In quo ſicut in ſuo antecedente perſpicuũ eſt hoc ↄñs. ſ. nunq̄ bonis p̄mia: nunq̄ ſceleribus. i. hoĩbus ſceleratis deeſſe ſua ſupplicia. ¶ Notandũ q̄ mali dicuntur volui in ſceno. q̄ mali ⁊ maxime libidinoſi ſuibus aſſimilãt̃. ſicut poſtea patebit que voluũtur in ſceno. ſm illud. Sus magis in ſceno gaudet: q̄ȝ in fonte ſereno. De q̃bus dicit ſcriptura perierunt iumenta ī ſtercore ſuo pbi aũt luce reſplendent q̄ virtus eſt pbitas que vltra humanã nãz hoĩez pueh̃it ⁊ diis aſſimilat.

¶ Rerum etenim que gerũtur. illud propter qđ vnaqueq̄ res geritur eiuſdem rei premium eſſe non iniuria videri põt. Uti currenti in ſtadio propter quã curritur: iacet p̄miũ corona. Sed beatitudinem eſſe idipſum bonũ pp̄ter quod oĩa gerũtur oſtẽdimus. Eſt igit̃ hũanis actibus ip̄m bonũ veluti p̄miũ cõe ppoſitũ: atq̄ hoc a bonis non põt ſeparari. Neq̄. n. bonus vltra iure vocabit̃ q̄ careat bono. quare probos mores ſua premia non relinquunt. Quantũlibet igitur ſeuiant mali: ſapienti tñ corona non decidet: non areſcet: neq̄. n. pbis aĩs ppriũ decus aliena decerpit improbitas. Qđ ſi extriſecus accepto letaretur poterat hoc vel alius quiſpiam vel ipſe etiaz qui contuliſſet auferre. Sed qm̃ id ſua cuiq̄ probitas cõfert tũ ſuo premio carebit: cũ probus eſſe deſierit.

¶ Rerꝫ etenim que gerũt̃. Hic ph̃ia proſeq̄t̃ intentũ ⁊ primo pbat q̄ bonis nunq̄ deſunt p̄mia. ſcđo q̄ malis nũq̄ deſunt ſupplicia ibi. Que cũ ita ſint. Primo oñdit q̄ bonis nũq̄ deſunt premia. ſcđo oñdit qđ ſit illud p̄mium ibi. ad cuius p̄mii. Primũ pbat duabus rõnibus. ſcd̃m ponit ibi. Poſtremo. Prima rõ talis eſt. Oĩs res pp quã aliq̄d gerit̃ eſt p̄miũ illius rei que gerit̃. ſed pp bonũ oĩa fiunt ⁊ gerũt̃. ergo bonũ eſt premiũ oĩuz que geruntur ſꝫ bonũ a bonis ſep̄ari non põt. q̄ iam non eſſent boni. ergo bonis nunq̄ deſunt ſua p̄mia. Unde dicit in lr̃a. Rerũ que gerunt̃. i. fiunt illud pp̄ter qđ vna queq̄ res gerit̃. i. fit illud videri non põt iniuria eſſe p̄miũ illius. h̃ declaratur exemplariter Uti currenti in ſtadio. i. in aliquo ſpacio. corona eſt p̄miũ pp̄ter quã curritur. ſed oñdim⁹ p̄ri⁹ btitudinem eſſe idipſum bonũ. pp̄ter qđ oĩa geruntur. ergo ipſum bonum eſt veluti cõe p̄miũ actib⁹ humãis ppoſitũ: ſed hoc bonũ non põt ſepari a bonis. Non enim bonus iure vocabitur qui careat bono. quare pbos mores. i. hoĩes bene morigeratos. non relinquũt ſua premia. q̄ȝ tũcũq̄ ergo ſeuiãt mali ↄ̄ bonos. tñ ſapiẽti nõ decidet corona. i. p̄miũ nec areſcet. i. minuet̃. q̄ aliena improbitas ñ decerpit. i. non aufert ppriũ decus pbis aĩs. q̄ ſi boni accepto p̄mio extriſecus letarẽt̃ poterat hoc aliq̃s auferre ab eis. vel ſaltem ille qui ↄtuliſſet: ſed quia illud p̄mium ſua pbitas vnicuiq̄ ↄfert. tũc quilibet carebit ſuo p̄mio cũ deſierit eſſe pbus. ¶ Notãdũ q̄ ↄſuetudo fuerat apđ romanos currere in ſtadio. i. ī aliquo ſpacio. qđ vocabãt ſtadium ⁊ qui citius venit ad metã ſuſtulit p̄miũ. ſ. coronã vel aliq̄d aliud ſicut dicit ap̄ſ. Neſcitis. q̄ hi q̄ in ſtadio currũt: oẽs q̄dem currũt ſed vnus accipit brauium. ſic currite vt apprehendatis: ergo id pp̄ter qđ currit̃ ẽ p̄miũ currentiũ. ¶ Notandũ q̄ Boetius non põt carere p̄mio. q̄ illud a quo homo denõĩat̃ bonus eſt virt⁹ vel op̄atio virtuoſa. q̄ ſm Ariſt. z. eth. Oĩs virtus erit vtiq̄ habitus ex quo homo fit bonus pp̄ter qđ dignitas virtutis eſt p̄miũ

virtuoſe opantiū: ſed opans virtuoſe non pōt priuari vir-
tute: ergo bonus nō pōt carere ſuo pmio. ¶ Notandū q̄z
tūcūq̄z mali ſeuiant: tñ ſapiēti non decidet corona: q̄ ſm
Senecā. nunq̄z intantū vitium ꝯtrahit nec malitia inua-
leſcet ꝯtra virtutes qn nomē phie ſacrum ⁊ venerabile p-
maneat: ſic ſilr ē de malis ⁊ ſtultis reſpcū bonoꝝ ⁊ ſapiētū

¶ Poſtremo cum omne premiū iccirco appeta-
tur: quoniam bonum eſſe credatur quis boni cō
potem premii: iudicet expertem.

¶ Poſtremo cū oē pmiū. Hic pōit ſecundā rōnē q̄ eſt ta-
lis. Premiū nō habet rōnez pmii niſi inq̄ztū bonū q igit
ē cōpos boni eſt cōpos premii. dicit ergo in lr̄a. ¶ Po-
ſtremo cū oē premiū iccirco appetat q̄ credit eſſe bonuz
qs iudicet compotē boni exptē eſſe premii. q. d. nullus.
¶ Notandū q̄z argumētū phie ſimile eſt iſti: ac ſi arguatur
homo non hꝫ rōnē oīs niſi q̄ rōnalis. qcūq̄z igit eſt rōna
lis eſt homo. ſic ſimilr premiū non appetit niſi q̄ bonum
q ergo eſt cōpos boni eſt compos premii. ſed bonus eſt
compos boni. ergo non deeſt ſibi premium.

¶ At cuius premii omniū pulcherrimi maximi-
q̄z. Memento enim illius corolarii quod paulo
ante precipuum dedi: ac ſic collige. Cum ipſum
bonum beatitudo ſit. bonos oēs eoipſo q̄ boni
ſūt fieri btōs liq̄t: ſꝫ q bti ſūt deos eē cōuēit. Eſt
igit pmiū bonoꝝ qđ null⁹ deterat dies nulli⁹ mi-
nuat ptās. nulli⁹ fuſcet iprobitas. deos fieri.

¶ At cuius premii. Hic oñdit qd ſit illud premiū qđ boni
aſſequuntur. ſ. maximū ⁊ optimū. qđ eſt fieri deos. vñ di-
cit. At cuius premii. ſ. boni non ſunt expertes. i. carentes.
Rñdet phia: oīo pulcherrimi ⁊ maximi premii. qđ ꝓbat
ex quodam corolario ſupra declarato. d. Memento coro-
larii illi⁹ qđ precipuū ante dedi. ⁊ ſic collige. i. ex illo coro-
lario. ꝯclude. Cum ipſum bonū ſit btitudo: liquet oēs bo-
nos q̄ boni ſunt fieri beatos. ſꝫ qui beati ſunt eos ꝯuenit
eē deos igitur premiū bonoꝝ eſt fieri deos qđ pmiū bono
rū nullus dies deterat. i. cōſumit nulli⁹ ptās minuat. nul
lius ꝓbitas fuſcet. i. obſcurat. ¶ Notandū q̄ in iſta de-
ductione phia nō accipit btitudinē pro ſtatu quē boni ha-
bituri ſunt poſt hanc vitam: ſed pro ſtatu btitudinis: qua
lis in hac vita haberi pōt quē homo cōſequit p virtutes.
Vñ qui eſſentialiter eſt bon⁹ eēntialr eſt btūs ⁊ deus. ⁊ q
non eſt eſſentialiter bonus ſed participatiue hic etiam eſt
participatione beatus ⁊ deus.

¶ Que cum ita ſint: de maloꝝ quoq̄z inſeparabi-
li pena dubitare ſapiens nequeat: nā cum bonuz
malumq̄z. item pena atq̄z premium aduerſa frō-
te diſſideant: que in boni premio videm⁹ accide-
re: eadem neceſſe eſt in mali pena contraria par-
te rñdeāt. Sicut igit ꝓbis ꝓbitas ipſa ſit premiū
ita improbis nequitia ipſa ſupplicium eſt.

¶ Que cum ita ſint. Hic oñdit phia q̄ malis nunq̄z deſint
ſua ſupplicia. ſcđo oñdit quale ſit illud ſuppliciū ibi. Vide
autem. Prima in duas ſm duas rōnes ſcđa ibi. Iā vo.
Primo dicit. Que cum ita ſint. ſ. q̄ boni nunq̄z carent
pmiis. ſeqt q̄ nullus ſapiens poſſit dubitare de inſepara
bili pena maloꝝ. Nam cū bonum ⁊ malum pena ⁊ pre-
mium aduerſa fronte diſſideant. i. opponant abinuicem.
ea que in boni premio videmus accidere eadem neceſſe ē
q̄ rñdeāt ꝯtraria parte in pena mali. ſicut igit ꝓbis. i. bo
nis ipſa ꝓbitas ſit premiū. ita nequitia ipſa improbis ſup
plicium. ¶ Nota q̄ñcūq̄z ſubiectis ꝯtrariis inſunt contra
rie paſſiones. ſi vni ſubiectoꝝ oñdit ineſſe ſua paſſio. tunc
per locum a ꝯtrariis reliquo ſubiecto aſſignat ineſſe ſimi
liter ſua paſſio. Cum igitur bonum ⁊ malum ſint diuerſa
ſubiecta: pmiū ⁊ ſuppliciū ſicut diuerſe paſſiones: ſi oñdit
bonis nō deeſſe pmia: oſtēſū eſt malis nō deeſſe ſupplicia

¶ Iam vo quiſquis afficitur pena: malo ſe affectū
eſſe non dubitat. Si igitur ſeſe ipſi exiſtimare ve
lint: poſſunt ne ſibi ſupplicii expertes videri quos
omnium malorum extrema nequitia non affi cit
modo: verumetiam vehementer inficit.

¶ Iam vo qſqs. Hic ponit ſcđaz rōnē que talis eſt. Pena
non hꝫ rōnem pene: niſi ex hoc q̄ malum eſt quoddaz. er
go qui eſt affectus malo ipſe eſt affectus pena ſed mali ſūt
affecti imo īfecti malo: ergo ſūt affecti pena ⁊ p ꝯñs ſup
plicio. Vñ dicit i lr̄a. Iā vo qſqs afficit pēa: malo nō du
bitat ſe eſſe affectum. cū ſupple pena non habeat rationez
pene niſi q̄ mala. igit ſi ipſi mali ſeipſos exiſtimare velint
pñt ne ſibi videri expertes ſupplicii quos malos oīum ma
loꝝ extrema neqtia. i. maxima in genere mali. non modo
. i. tñmodo afficit. veꝝ pro ſed vehemēter inficit. q. d. non
¶ Notandū q̄ ſicut argumentū tenet ſub hac forma. ho
mo non eſt homo niſi q̄ eſt rōnalis. ergo qui eſt rōnalis.
eſt homo. ſic arguitur in propoſito. pena nō hꝫ rōnez pene
niſi q̄ malū eſt quoddā. ergo qui eſt affectus malo: ē affe
ctus pena. ſed mali ſunt affecti malo ergo malū non deeſt
malis ⁊ per conſequens ſupplicium.

¶ Vide autem ex aduerſa pte bonoꝝ que iprobos
pena comitet. Omne namq̄z qđ ſit: vnum eſſe
ipſumq̄z vnuz bonum eſſe: pauloante didiciſti.
Cui ꝯñs eſt vt omne quod ſit: id etiā bonum eſſe
videat. hoc igit mō quicquid a bono deficit eſſe ꝯ
ſiſtit: quo fit vt mali deſinant eſſe quod fuerant.
Sed fuiſſe hoīes adhuc ipſa humani corporis re
liqua ſpecies oſtentat. Quare verſi in malitiam:
humanam quoq̄z amiſere naturam. Sed cū vl
tra homines quēquā ꝓuehere ſola ꝓbitas poſſit
neceſſe eſt vt quos ab humana conditiōe deiecit
infra hominis meritum detrahat improbitas.
Euenit igitur vt quē transformatū vitiis videas
hominem eſtimare non poſſis.

¶ Vide aūt. Hic phia oñdit q̄le ſit premiū maloꝝ. ſ. tranſ
formatio i beſtialitatē. ſcđo oñdit quō per diuerſa vitia ho
mines transformant in diuerſas beſtias. ibi. Auaritia pri
mo dicit. Vide o Boeti que pena comitet improbos ex
aduerſa pte bonoꝝ. i. per ꝯtrariū ad bonos: didiciſti enim
pauloante. ſ. in tertio libro. Oē qđ eſt eſſe vnū: ⁊ didiciſti
vnum eſſe bonū. cui ꝯñs eſt vt oē quod ſit videatur eſſe bo
nū. Igit qcqd deficit a bono deſiſtit eſſe. quo fit vt mali
deſinant eſſe quod fuerant. ſed ipſa reliqua ſpēs humani
corporis adhuc manēs in eis oſtentat malos fuiſſe hoīes
Quare verſi in maliciā amiſere humanā naturā. ſed cum
ſola ꝓbitas poſſit quēquā hoīem ꝓuehere vltra hoīes. ſ.
i naturam diuinam. neceſſe eſt vt quos improbitas ab hu
mana conditiōe deiecit: ipſa detrudat hoīez ifra meritū. i.
dignitatē hoīs in naturā beſtialitatis. igit euenit vt non
poſſis eſtimare hoīem. ſed beſtiā quē videas vitiis tranſ-
formatū. ¶ Notandū q̄ cum gradus entiuꝫ diſtinguāt
ſm nobilitatē ⁊ ignobilitatem: q̄ non eſt accipe duas ſpe
cies eq̄ pfectas. ſed vna eſt dignior alia. ideo oꝫ quod oē
ens quod non eſt hō ſit ſupra hoīem vel infra hoīem. ma
li aūt vt probatū eſt per malitiā deſinūt eē hoīes. ergo ne-
ceſſe ē malos eē ſupra hoīes vel infra. cū aūt ſola ꝓbitas
vehat hoīez ſupra hūanā nāꝫ. ſ. ad nāꝫ deoꝝ ſeqt q̄ mali
tia deiiciat malos ifra nāꝫ hūanā. ſ. ad nāꝫ beſtialitatis.

¶ Auaritia feruet alienarum opum violentus
ereptor: ſimilem lupi dixeris. Ferox autem in

quietus liguã litigiis exercet: cani cõpabilis. In ſidiator occult⁹ ſurripuiſſe fraudib⁹ gaudet: vul peculis exeqꝫ. Ire intẽperãs fremit leonis aium geſtare credaꝫ. Pauidus ac fugax non metuenda formidat: ceruis ſilis habeaꝫ. Segnis ac ſtupidus torpet aſinum viuit. leuis ac icõſtãs ſtudia ꝑmutat nil ab auibus differt. Fedis imundiſqꝫ libidinibus imergiꝫ. ſordide ſuis voluptate detinetur. Ita fit vt q probitate deſerta homo eẽ deſierit: cum in diuinam conditionem tranſire non poſſit: vertatur in beluam.

¶ Auaritia feruet alienarum opum. Hic pħia oſñdit qualr hoĩes per diuerſa vitia trãſſormãꝫ in diuerſas beſtias dicens. Aliqs hõ feruet auaritia. ſ. violẽtus ereptor. i. ablator vel raptor alienaꝝ opum talez dixeris ſimilẽ lupi: ſed hõ ferox ⁊ inquietus qui exercet linguam litigiis talis cõparabilis eſt cani. Homo occultuſ inſidiator q gaudet ſubripuiſſe aliena fraudib⁹. talis exequeꝫ. i. cõpareꝫ vulpeculis. ſed homo intẽꝑans. i. ĩtẽperatus. ſ. ire fremit talis credaꝫ geſtare aium leonis. ſed homo pauidus ⁊ fugax qui formidat habeaꝫ ſilis ceruis. homo aũt ſegnis ⁊ ſtupidus ille torpet. i. tardus eſt. ⁊ talis viuit aſinũ. ſ. aſinine. Homo aũt leuis ⁊ incõſtans qui ꝑmutat ſtudia ſua. i. oꝑa nihil differt ab auibus. ſed homo q imergiꝫ fedis ⁊ immũdis libidinibus. ille detinetur voluptate ſordide ſuis. ideſt cõparaꝫ ſuibus. ⁊ ſic de ceteris vitiis ꝯtingit loq vñ ꝯcludit pħia dicẽs. Ita fit vt qui deſerta ꝓbitate deſierit eſſe homo cũ non poſſit tranſire in conditionẽ diuinã vertaꝫ ĩ beluã ideſt in beſtiam. ¶ Notandũ qꝛ in nobis eſt duplex virtus cognoſcitiua. ſ. intellect⁹ ⁊ ſenſus. Intellect⁹ eſt qd diuinum in nobis per quem ad ſuꝑiora aſcẽdimus ⁊ deo ſiles ſumus. Senſus aũt inquãtũ non obedit rõni eſt qd brutale in nobis per quẽ infra naturam humanam redigimur ⁊ beſtiis ſimiles efficimur. Ideo dicit Boetius in tractatu de ſũmo bono. Ve vobis hoĩbus q de nũero beſtiarum eſtis cõputati diuinũ qd i vobis eſt non cognoſcẽtes per quod ad ſuperiora aſcenditis ⁊ deo ſimileſ eſtis. diuinum aũt in homine vocat intellectum.

¶ Metrũ tertiũ q̃rti li.

V Ela naricii ducis
Et vagas pelago rateſ
Eurus appulit inſule.
Pulchra qua reſidens dea
Solis edita ſemine.
Miſcet hoſpitibus nouis
Tacta carmine pocula:
Quos vt in varios modos
Vertit herbipotens manus:
Hunc apri facies tegit.
Ille marmaricus leo
Dente creſcit ⁊ vnguibus.
Hic lupis nuper additus
Flere dum parat vlulat.
Ille tigris vt indica
Tecta mitis obambulat.
Sed licet variis malis
Numen arcadis alitis.
Obſitum miſerans ducem
Peſte ſoluerit hoſpitis:
Iam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant.
Iam ſues cerealia
Glande pabula verterant.
Et nihil manet integrum
Voce corpore perditis.
Sola mens ſtabilis: ſuper
Mõſtra que patitur gemit.

¶ Metrum tertium quarti libri.

V Ela naritii ducis. Iſtud eſt metrum tertiũ huius quarti qd diciꝫ gliconicũ ab inuentore. coriambicũ a pede ꝑdñante in quo pħia oſtendit trãſſormationẽ hoĩuz i beſtias ꝑ quandã fabulã. ſcdo oſñdit trãſſormationẽ mentis per vitia eſſe peiorẽ trãſſormatiõe corꝑis. ibi. O leuẽ. Fabula quã intẽdit ẽ de trãſſormatiõe ſocioꝝ vlixis. ⁊ ẽ talis. Vlixes poſt bellum troianũ. cũ redeũdo ad ꝓpria diu erraſſet in mari: ꝑuenit in quãdã iſulã quã ĩhabitabat quedã dea noie Circe: filia ſolis que ꝑ gramia ⁊ potiões cõſueuit hoſpites ſuos mutare in diuerſas beſtias: que ẽt ſocios vlixis qui ad ipam ꝑuenerãt ꝑ ſuas potões mutauit. ſꝫ mercurius dedit vlixi albũ florẽ ꝑ quẽ mutauit trãſſormatiões ⁊ potionẽ veneficã. Q̃uis aũt ſocii ſui eẽnt mutati i beſtias q̃ztũ ad figurã corꝑis: tñ remãſit i eis mẽs itegra excluſa oĩ beſtiali ſeuicia. Vñ dr̃ i lr̃a. Eurus ventus talis. appulit vela ducis naricii. i. vlixis q denoiatur naritius a loco vel a regiõe d̃ qua oriũdus erat: ⁊ appullit vagas rates. i. naues pelago. i. mari cuidã inſule. qua. i. in qua inſula reſidens pulchra dea. Circe edita. i. genita ex ſemine ſolis. illa miſcet nouis hoſpitib⁹. i. ſociis Vlixis pocula tacta carmine. i. icãtatione. quos. ſ. hoſpites. vt. i. poſtq̃z. man⁹ Circe herbipotẽs i. potẽſ herbaꝝ. vertit. i. mutauit ſotios vlixis i varios modos. i. in varias figuras beſtiaꝝ. Hũc. i. vnũ illoꝝ tegit facies apri. Ille. i. alius marmaricus leo. i. affricanus leo factus. creſcit dente ⁊ vnguibus. Hic. i. alius nuꝑ lupis additus. i. ꝯiũct⁹ dũ parat flere ꝓpter ſuã trãſſormationem ipſe vlulat. Ille. i. alius obãbulat. i. circuit tecta. i. dom⁹ mitis vt indica tigris. i. idie. ¶ Sꝫ lꝫ numẽ. i. deitas. arcadis. i. mercurii. q coliꝫ in arcadia q diciꝫ ales. eo qꝛ fingiꝫ habere alas i pedib⁹ ad deſignãdũ velocitatẽ ſui motus. Ille mercurius miſerãs ducẽ. i. vlixẽ obſitum. i. circũdatũ variis malis. ipſe ſoluerit. i. liberauerit eũ a peſte hoſpitis. ſ. circe. tñ remiges. i. ſocii vlixis. iã traxerãt. i. biberãt mala pocula ore. ⁊ iã ſues effecti. verterãt. i. mutauerant pabula cerealia. i. nutrimẽta: panis ẽ cibus hoĩuz glande. i. in glandes q ẽ cib⁹ ſuis. ⁊ nihil manet integrum. ſ. de figura humana. ipſis perditis. i. mutatis. voce ⁊ corꝑe. ſola aũt mens ſtabilis manens gemit ſupra menſtra. ideſt ſupra trãſſormationẽ corꝑis quã patiꝫ. ¶ Notãdũ qꝛ trãſformatio hoĩs in beſtiã remanẽte aĩa rõnali nõ ẽ poſſibilis ſm rẽ. qꝛ ſi eẽt poſſibilis. vel eẽt poſſibilis ſm trãſmutationẽ ſb̃alẽ vel accñtalẽ ñ ſꝫ ſb̃alẽ qꝛ ꝑ talẽ introducitur noua forma ſb̃alis. ⁊ ſic due forme ſb̃ales ſpecifice differẽtes. vt forma lupi ⁊ hoĩs ſil' iformarẽt idẽ corp⁹ qd falſũ ẽ nec ẽ poſſibilis ſm accñtia ꝓpria q̃ diſponãt mãꝫ ad determinatã formã. qꝛ ipoſſibile ẽ mãꝫ ſꝫ vnam ⁊ eandem diſpoſitionem proportionari diuerſis formis. Vñ omnino eſt impoſſibile animam intellectiuã vniri materie diſpoſite ad formam lupi. ergo tranſmutatio de qua hic loqtur ſi eſt poſſibilis erit ſolũ ſm accidẽtia indiuidui prouenientia ab exterioribus cauſis quẽadmodũ videꝫ cõtigiſſe de rege Nabuchodonoſor: de quo legiꝫ in Daniele. qꝛ ex hoĩb⁹ eiectus eſt ⁊ fenũ comedit vt bos. ⁊ rore celi corp⁹ eius infectum eſt: donec capilli eius creſcerent in ſilitudinem aqlaꝝ. ⁊ vngues eius quaſi vngues auiuꝫ. ⁊ qꝛ tranſmutatio ſm talia accidẽtia ducit ab expreſſa repreſentatione ſpẽi humane ꝓpter deformitatẽ figure. Ideo vt ſic põt dici tranſmutationẽ eſſe factã in beſtiã anima remanẽ

te. Alii dicunt ꝙ hmõi tranſmutatio non ſit poſſibilis ſꝫ rem: ſed ſm quandã apparitionẽ fantaſticã. vñ non videt̃ rõnabile ꝙ Nabuchodonoſoꝛ tranſtulerit ſe ad iumenta comedens fenũ niſi ꝙ quadam inania ⁊ apparitione fãtaſtica agitatus ſeipſum reputabat iumẽtũ aut beſtiã: ꝓpter qđ a cõſoꝛtio hominũ eiectus cum feris habitabat.

¶ O leuem nimium manum.
Nec potentia gramina
Membꝛa que valeant licet
Coꝛda vertere non valent.
Intus eſt hominum vigoꝛ
Arce conditus abdita.
Hec venena potentius
Detrahunt hominem ſibi.
Diraqꝫ penitus meant.
Nec nocentia coꝛpoꝛi
Mentis vulnere ſeuiunt.

¶ O leuem nimiũ manũ. Hic oñdit tranſfoꝛmationẽ mentis per vitia eſſe deterioꝛẽ tranſfoꝛmatione coꝛpoꝛis eo ꝙ mẽs nobilioꝛ eſt tanto coꝛpoꝛe ⁊ dicit. Ego dico manum circe. i. ptãtem eſſe nimiũ leuem. i. imbecillẽ. nec dico gramina eius eẽ potentia que lꝫ valeant vertere mẽbꝛa. ſ. coꝛpoꝛis. non tñ valent vertere coꝛda. qꝛ intus eſt vigoꝛ hominũ cõditus. i. abſconditus. arce abdita. i. in mente abſcondita. ſed hec dira venena. i. vitia potentius detrahunt hominẽ ſibi. que venena ſiue vitia penitus meant. i. ꝑtranſeũt ⁊ nõ nocẽtia coꝛpoꝛi ſeuiunt. i. ſeuire faciũt hoiẽꝫ vulnere mentis. ¶ Notandũ ꝙ qꝛ aĩa nobilioꝛ ẽ ⁊ excellẽtioꝛ coꝛpoꝛe tranſmutatio facta in aĩa de virtutibus ad vitia ſtante coꝛpoꝛe humano. ipſa eſt deterioꝛ q̃ꝫ facta tranſmutatione coꝛpoꝛis humani in ſpẽm beſtie aĩa remanẽte intrãſmutata qꝛ aĩa intrãſmutata dato ꝙ coꝛpꝰ trãſmutet̃ adhuc hõ dicit̃ hõ rõe aĩe. ſꝫ remanẽte coꝛꝑe hũano ⁊ aĩa trãſmutata eiã hõ nõ dr̃ hõ niſi equoce. ergo trãſmutatio aĩe peioꝛ ẽ trãſmutatiõe coꝛꝑis aĩa remanẽte itrãſmutata.

¶ Pꝛoſa quarta libꝛi quarti.

TUm ego fateoꝛ inquã nec iniuria dici video vitioſos tametſi humani coꝛpis ſpẽm ſeruẽt: i beluas tamẽ aioꝝ qualitate mutari. Sed quoꝝ atrox ſceleratаqꝫ mens bonoꝝ ꝑnicie ſeuit: idipꝫ eis licere noluiſſem. P. Nec licet inquit vti cõueniẽti monſtrabit̃ loco. Sꝫ tñ ſi idipſũ qđ eis licere credit̃ auferat̃: magna ex ꝑte ſceleratoꝝ hoĩuꝫ pena releuatur.

¶ Pꝛoſa quarta quarti libꝛi.

TUm ego fateoꝛ inq̃ꝫ. Iſta eſt quarta pꝛoſa huius q̃rti in q̃ pꝛĩcipalr̃ tria pꝛobat. Pꝛĩo ꝓbat malos eſſe miſerioꝛes qui cupita ꝑficiunt q̃ꝫ ſi ea nõ ꝑficerẽt. Scđo ꝓbat malos eẽ miſerioꝛes ſi ſint impuniti q̃ꝫ ſi ſint puniti. Tertio oñdit illos eſſe miſerioꝛes qui faciunt iniuriã q̃ꝫ illi qui patiũt̃ ſcđa ibi. Nam hoc quoqꝫ tertia ibi. Nam ne illud. Pꝛimo Boetius cõſentiẽs ꝓ̄dictis facit quoddã votũ ⁊ pħia ſibi rñdet ſcđo pħia ꝓſeq̃t̃ pꝛincipale intentũ. ibi. Etenim. Pꝛimo dicit. Tum ego Boetius finito carmine inq̃ꝫ. i. dixi ego fateoꝛ. i. ꝯcedo verũ eſſe qđ dcm̃ ẽ. nec iniuria. i. nõ iniuſte video dici vitioſos mutari in beluas. i. beſtias. qualitate. i. vitio aioꝝ tã ⁊ ſi ꝑ q̃ꝫuis. ſeruent ſpẽm humani coꝛpoꝛis. Tunc Boetius facit votum dicens. Sed eis quoꝝ mens atrox. i. crudelis ſeuit ꝑnicie bonoꝝ. idipſum noluiſſem eis licere. ſ. vt ſeuiãt mali in bonos. Rñdet pħia nec licet inq̃t vti monſtrabit̃ ꝯuenienti loco: tñ ſi idipſũ qđ credit̃ eis licere. hoc auferat̃ a malis. releuat̃ pena ſceleratoꝝ hominũ ex magna parte. ¶ Notãdũ licet credat̃ malis licere ꝙ ſeuiant ꝯtra bonos nõ tñ in rei veritate lꝫ qꝛ in ſexta pꝛoſa huius quarti oñdit pħia ꝙ nihil lꝫ mal' contra bonos niſi quantum ꝑmittit̃ ex oꝛdinatiõe diuine pꝛouidentie ad vtilitatem bonoꝛum.

¶ Eteni qđ icredibile foꝛte cuiq̃ videat̃: ifelicioꝛes eſſe neceſſe eſt malos cũ cupita ꝑfecerint q̃ꝫ ſi ea que cupiũt iplere nõ poſſint. Naꝫ ſi miſeꝝ eſt voluiſſe pꝛaua: potuiſſe miſerius eſt: ſine quo voluntatis miſere langueret effectus.

¶ Etenim qđ incredibile. Hic pħia ꝓſeq̃t̃ pꝛĩcipale intentum ꝓbando ꝙ impꝛobi ſunt miſerioꝛes qui cupita perficiunt q̃ꝫ qui perficere non poſſũt. ſcđo oñdit ꝙ in hac vita nihil eſt diuturnũ in cõparatione ad vitã eternã. tertio ponit admirationem Boetii ſuper quodam ſecunda ibi. Neqꝫ. n. tertia ibi. Tuꝫ ego. Pꝛimo dicit. Neceſſe ẽ malos eſſe infelicioꝛes. i. miſerioꝛes cum perfecerint cupita q̃ꝫ ſi non poſſint implere quod foꝛte videat̃ cuiq̃ꝫ. i. alicui incredibile. cuius pꝛobatio eſt. Naꝫ ſi miſeꝝ eſt voluiſſe pꝛaua miſerius eſt potuiſſe. ſine quo. ſ. poſſe. langueret. i. deficeret. effectus miſere voluntatis.

¶ Itaqꝫ cum ſua ſingulis miſeria ſit tripliciinfoꝛtunio neceſſe eſt vt vrgeãtur: quos videas ſcelꝰ velle poſſe ꝑficere. B. Accedo inquã. ſed vti hoc infoꝛtunio cito careãt patrãdi ſceleris poſſibilitate deſerti vehementer exopto. P. Carebunt inquit ocius q̃ vel tu foꝛſitan velis: vel illi ſeſe eſtiment eſſe cariturs.

¶ Itaqꝫ cũ ſingulis tribus. ſ. voluntati potentie ⁊ effectui. ſit ſua miſeria: neceſſe eſt vt illi vrgeant̃ triplici infoꝛtunio. i. malo quos videas ſcelus velle: ſcelus poſſe. ſcelus ꝑficere. dicit Boetius accedo inq̃ꝫ. i. ꝯſentio. ſed ego vehemẽter. exopto vt mali deſerti poſſibilitate patrandi ſceleris cito careant h̃ infoꝛtunio. ⁊ dicit pħia. Carebunt inq̃t ocius. i. citiꝰ q̃ꝫ tu foꝛſitan velis. i. velle doleas. vel q̃ꝫ illi eſtimẽt ſeſe. i. ſeipſos cariturs. ¶ Notandũ ꝙ pħia dicit ꝙ poſſe malum ſit peius q̃ꝫ velle malũ. h̃ videt̃ falſuꝫ qꝛ poſſe peccare non eſt malũ: ſed velle peccare. Unde ſꝫ Senecam. Omne peccatũ in actione eſt. ⁊ omnis actio eſt voluntaria. ergo omne pctm̃ eſt volũtariũ. pꝛo tanto etiã dicit Aug. Tolle voluntatẽ ⁊ infernus non erit. ergo peius eſt velle malum q̃ꝫ poſſe malum. cuius ꝯtrariũ h̃ dicit. ad hoc dicẽdũ ꝙ ſi poſſe ⁊ velle ſimͥſe ⁊ abſolute ꝯſiderentur. tũc peius eſt velle malũ q̃ꝫ poſſe malũ. Si aũt accipitur poſſe vt ſequens malam voluntatẽ ⁊ ſubſeruiens eidẽ. vt voluntas mala ꝑficiat̃ in exterioꝛi oꝑe ſic peius eſt poſſe q̃ꝫ velle. quia ſine tali poſſe langueret voluntatis effectus. i. non perficeretur opus eius extra. ſicut autem dicto modo peius eſt poſſe malum q̃ꝫ velle. ſic peius ẽ perficere malum q̃ꝫ poſſe ita ꝙ vnumquodqꝫ iſtoꝛum trium. velle poſſe perficere aliquid mali addit ſupꝛa pꝛecedens.

¶ Neqꝫ. n. ẽ aliq̃d i tã breuibꝰ vite mẽtis ita ſerũ qđ expectare longũ imoꝛtalis preſertim animus putet: quoꝝ magna ſpes ⁊ excelſa facinoꝝ machina repentino atqꝫ inſperato ſepe fine deſtruit̃. qđ qdem illis miſerie modũ ſtatuit. Nã ſi neq̃tia miſeros facit: miſerioꝛ ſit neceſſe eſt diuturnioꝛ neq̃ Quos infeliciſſimos eẽ iudicarẽ ſi nõ eoꝝ malitiã ſaltẽ moꝛs extrema finiret. Eteni ſi de pꝛauitatis infoꝛtunio vera concluſimus infinitam liq̃t eſſe miſeriam: quã conſtat eſſe eternam. B.

¶ Neqꝫ enim eſt aliq̃d. Hic pħia qꝛ Boetius optauit malos citius carere potentia patrandi ſceleris ꝓbat ꝙ i hac

vita nihil

vita nihil eſt diurnũ vel duratiuũ in cõparatione ad ꝑpetuã vitam dicens. Neqʒ enim eſt aliqd ſerũ.i.tardũ vel durabile. in tam breuibus metis. i.terminis preſentis vite qd ĩmortalis animus putet per longum tempus expectare.i. manere. quoꝝ maloꝝ magna ſpes quã habent de longanimitate vite ⁊ excelſa machina.i.magna potentia facinorum ſepe deſtruitur fine.i.morte fine inquã inſperatio ⁊ repentino. quod ſcʒ finiri morte ſtatuit ipſis malis modũ .i.terminũ ſue miſerie. qd ꝓbat per hoc. Nã ſi nequitia facit miſeros vtiqʒ ex dictis. neceſſe eſt vt diuturnior neqꝫ ſit miſerior. quos malos iudicarem infeliciſſimos. ſi non extrema mors eorum maliciam finiret. Si enim ꝯcluſimꝰ vera de infortunio prauitatis qd infortuniũ.i.malum tãto eſt maius quãto eſt diuturnius liquet miſeriam coꝝ eẽ infinitã: quã ꝯſtat eẽ eternam. Eſſet aũt miſeria maloꝝ eterna ſi morte non finiret. ❡ Notãdũ ꝙ de oppoſitis oppoſito modo iudicandum eſt. cum oppoſitoꝝ oppoſite ſint cauſe. Sicut ergo in bonis illud quod eſt diuturnius ẽ melius. ſic ĩ malis quod diuturnius eſt peius. Cum igit̃ malitia facit miſeros malos infinita eſſet eoꝝ miſeria ſi perpetuo ꝑduraret in vita: ſed quia mors terminat eoꝝ malitiam ideo eoꝝ miſeriam ⁊ infelicitatem diminuit.

❡ Tum ego mira qdem inquã ⁊ conceſſu difficiliſ illatio: ſed his eam que prius ꝯceſſa ſunt nimium cõuenire cognoſco. p. Recte inquit eſtimas: ſed qui concluſioni accedere durum putat equum eſt vel falſum aliquid preceſſiſſe demonſtret. vel collationem propoſitionum non eẽ efficacem neceſſarie concluſionis oñdat. alioqn cõceſſis precedẽtibus nihil prorſus ẽ qd de illatione cauſetur.

❡ Tum ego. Hic pħia ponit admirationẽ Boetii ſuper deductione pħie. d. O pħia mira eſt illatio tua. ⁊ ꝯceſſu.i.ad concedendũ difficilis. qua ꝓbat̃ miſeriã maloꝝ diminui ꝑ mortem. ſed cognoſco eã nimiũ ꝯuenire his que ꝯceſſa ſunt prius. dicit pħia recte inquã eſtimas. ſ. ꝙ ꝑdicte illationi difficile credit̃. ſed q durũ.i.difficile putat accedere ꝯcluſiõi ĩbaʒ ꝯcedẽdo. equũ eſt vt ipe demõſtret aliqd falſum ꝑceſſiſſe in ꝑmiſſis. vel oñdat collationẽ ꝓpoſitionuʒ neceſſarie ꝯcluſionis non eſſe efficacẽ. alioqn ꝯceſſis ꝑcedẽtibus nihil ẽ qd cauſet̃.i.cõqueraẽ de illatiõe. Vñ neceſſariũ eſt eã ꝯcedere quãtũcũqʒ videat̃ duꝝ. ❡ Notãdũ ꝙ ſi nõ ꝯſentit̃ cõcluſioni. hoc eſt vel ꝓpter pctm̃ in materia: vel propter peccatum in forma. ꝓpter pctm̃ in materia: vt ſi aliqua premiſſaꝝ ſit falſa. propter pctm̃ in forma vt ſi non ſit debita connexio propoſitionũ reſpectu concluſionis incidente aliqua fallacia. Si autem nihil iſtoꝝʒ accidit neceſſario ſequitur concluſio ex premiſſis.

❡ Nam hoc quoqʒ dicam non minus mirum videatur: ſed ex his que ſumpta ſunt eque eſt neceſſarium. b. Quid nam inquã. p. feliciores inquit eſſe improbos ſupplicia luentes ꝗ̃ ſi eos nulla iuſtitie pena coherceat. Neqʒ id nũc molior quod cuiuis veniat in mentem corrigi vltione prauoſ mores: ⁊ ad rectum ſupplicii terrore deduci. Ceteris quoqʒ exemplum eſſe fugiendi culpanda: ſʒ alio quodaʒ modo infeliciores eſſe improbos arbitror impunitos tametſi nulla ratio correctiõis nullus reſpectus habeatur exempli. b: Et quis erit inquã preter hos alius modus. p.

❡ Nam hoc quoqʒ qd dicam. Hic pħia ꝓbat malos eſſe miſeriores ſi non puniant̃ ꝗ̃ ſi puniant̃. ſcdo ſoluit quoddam dubiũ. tertio ponit quẽdã epilogũ ꝑdictoꝝ. ſcda ibi Sʒ queſo. tertia ibi. Id vo hactenus. Primo ꝑmittit cõcluſionem quã ꝓbare intendit excludendo quoſdã modos ꝓbationis qbꝰ ꝯcluſio ꝓbari poſſet. ſcdo ponit aliũ modũ ꝓbationis ab iſtis. ibi. Et illa. Primo dicit. Hoc quoqʒ qd dicã nõ minus videat̃ mirꝫ. ſed eque neceſſariũ videat̃ ꝯcludi ex his que ſumpta ſunt ⁊ querit Boetius. Quid nã eſt hͦ dicit pħia. Ego dico improbos eſſe feliciores luẽtes ſupplicia: ꝗ̃ ſi nulla pena iuſtitie eos coherceat.i.puniat. ſed ego nõ molior.i.nõ intendo nunc ꝙ alicui veniat ĩ mentẽ prauos moreſ.i.hoĩes praue morigeratos corrigi vltione.i.pena ⁊ terrore ſupplicii ipſos deduci ad rectũ ⁊ nõ itẽdo ceteris hoĩbus penam maloꝝ eſſe exemplũ fugiẽdi culpanda.i.mala. Sed preter iſtas duas cãs eſt alia a ꝑdictis qua arbitror ĩprobos eſſe feliciores pũitos tametſi pro ꝗ̃uis nulla rõ correctiõis ⁊ nullus reſpectus exẽpli hẽatur. ⁊ querit Boetius. Quis erit preter hos alius modus. ❡ Nota ꝙ due ſunt cauſe ꝓpter quas videt̃ melius malos eſſe punitos ꝗ̃ ĩpunitos: vna qꝛ ꝑ penã mali corrigunt̃. ⁊ reſipiſcũt a malo. Scda cã. qꝛ alii timore pene maloꝝ declinant a malo ⁊ ſic pena maloꝝ eſt exemplũ aliis fugiendi malũ: lʒ iſte due cauſe ſint vere tñ pħia de eis nõ intendit. ſed vult aſſignare aliam cãm ꝑter iſtas.

❡ Et illa bonos inqt eſſe felices malos vo miſeros nõne ꝯceſſimuſ. b. Ita ẽ iꝗ̃. p. Si igit̃ iqt miſerie cuiuſpiã bonũ aliqd addat̃: nonne felicior eſt eo cuius pura ac ſolitaria ſine cuiuſꝗ̃ boni admixtione miſeria eſt. b. Sic inꝗ̃ videt̃. p. Quid ſi eidẽ miſero q cũctis careat bonis: ꝑter ea qbuſ miſer eſt malũ aliud fuerit ãnexũ: nõne multo infelicior eo cẽſendus eſt: cuius iſortuniũ boni ꝑticipatiõe releuatur. b. Quid ni iquã. p. Habent igitur improbi cum puniuntur quidem boni aliquid annexũ. penam ipſam.i.que rõne iuſtitie bona ẽ. idemqʒ cum ſupplicio carent: eis ineſt aliquid alterius mali ipſa ĩpunitas: quã iniquitatis merito malum eſſe confeſſus es. b. Negare non poſſuʒ p. Multo igitur infeliciores improbi ſunt iniuſta impunitate donati ꝗ̃ iuſta vltione puniti.

❡ Et illa. Hic pħia ponit aliũ modũ ꝑter ꝑdictos ꝓbãdo malos ĩpunitos eſſe miſeriores ꝗ̃ punitos. ſcdo declarat quoddã aſſumptũ in ꝓbatione. ibi. Sed puniri. Primo reſumit qd ſupra ꝓbatũ eſt tertia proſa dicens. Nõne cõceſſimus bonos eſſe felices malos vo miſeros dicit Boetius ita eſt inquã ⁊ pħia. Si miſerie alicuius addat̃ aliqd bonũ nõne ipſe eſt felicior eo cuius miſeria eſt pura ⁊ ſolitaria ſine admixtiõe alicuiꝰ boni. dicit Boetius. Sic inꝗ̃ videt̃. vlterius querit pħia Si eidem miſero q cũctis careat bonis aliud malũ fuerit ãnexum nõne cenſendus eſt infelicior eo cuiꝰ infortuniũ.i.malũ releuat̃.i.tpatur ꝑticipatione boni. dicit Boetius qd ni inꝗ̃.i.quare nõ. igit̃ dicit pħia. improbi.i.mali cũ puniunt̃ hñt aliqd boni annexũ ſcʒ penã. que rõne iuſtitie bona eſt ⁊ cũ idẽ ĩprobi carent ſupplicio.i.pena ineſt eis aliqd alterius mali .ſ.ipſa ĩpunitas quã merito.i.iure iniqtatis ꝯfeſſus es eẽ malã dicit Boe. negare nõ poſſũ. Igit̃ cõcludit pħia ꝙ improbi multo ſũt ĩfeliciores donati.i.additi iniuſta ĩpũitate.i. mala ĩpunitate ꝗ̃ puniri iuſta vltiõe.i.pena. ❡ Notãdũ ꝙ rõ quã intendit eſt iſta. Cuiuſcũqʒ hoĩs malitie addit̃ aliqd boni ipſe felicior eſt eo cuius malitie nihil boni additur. ſed cum malus homo punitur ſue malitie additur aliquid boni.ſ.pena que rõne iuſtitie bona eſt. cum ãt nõ punitur eius malitie additur aliqd mali.ſ.impunitas que mala eſt ergo malꝰ punitus felicior eſt malo impunito.

❡ Sed puniri improbos iuſtum. impunitos vero elabi iniquum eſſe manifeſtum eſt. B: quis id neget. P. Sed ne illud quidem ait quiſquam

negabit. bonũm eſſe omne quod iuſtum eſt. contraqꝫ quod iniuſtũ eſt malũ liquet eſſe. b. Tum ego iſta quidem conſequẽtia ſũt eis que pauloante concluſa ſunt.

¶ Ultimus celum labor inreflexo
Suſtulit collo. preciumqꝫ rurſus
Ultimi celum meruit laboris.

¶ Ultimus celũ labor inreflexo. hic ponit duodecimum ⁊ vltimũ laborẽ eius. vbi notandũ q athlas fingiẜ fuiſſe qdã gigas ſupportãs celũ humeris ſuis. hic fatigatus rogauit herculem vt celũ ſupportaret. quouſqꝫ ipſe reſpiraret: quod ⁊ hercules fecit ⁊ ꝑ hoc celuꝫ meruit. vnde dicit vltimus labor herculis fuit q ſuſtulit. i. ſupportauit celũ collo inreflexo. i. inclinato. ⁊ rurſus meruit celum tanq̃ ꝑcium vltimi ſui laboris.

¶ Ite nunc fortes vbi celſa magni
Ducit exempli via: cur inertes
Terga nudatis. ſuperata tellus
Sydera donat.

Finit liber quartus.

¶ Ite nunc fortes ⁊c. Hic hortatur philoſophia ad predictorũ fortiũ virorũ imitationẽ. d. Ite nũc forteſ. reſiſtẽtes aduerſitatib⁹. ite illuc vbi ducit via celſa. i. ardua. magni herculis. que eſt via virtutum ⁊ via magni exempli ad aggrediendum fortia: ⁊ tunc inuehitur contra tardos ⁊ vicioſos. d. Cur vos inertes. ideſt homines ſine arte. ſicut homines deſidioſi. cur nudatis terga. i. dorſa veſtra fugiendo labores ⁊ aduerſa. nam tellus. i. terrena concupiſcentia ſuperata donat homini ſydera. i. celum. quia ſuperata terrena concupiſcentia efficitur homo dignus celo quod eſt locus deoꝝ ⁊ ſpirituum. Nã ẜm ariſtotelẽ primo celi ⁊ mũdi. Oẽs cũ locũ qui ſurſum eſt deo attribuũt ⁊ barbari ⁊ greci quicũqꝫ putant deum eſſe. de quo loco dicit. Plato in fedrone. Uiri ſpeculatiui viuẽtes ẜm vitã contẽplatiuã: celeſtes ſedes recipiũt in quib⁹ felicitate deoꝝ potiũtur: qua felicitate nos faciat participes Jeſus chriſt⁹ q ẽ de⁹ ſup oĩa benedictus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Incipit liber quintus. Proſa prima.

Dixerat: orationiſqꝫ curſum ad alia quedam tractanda ⁊ expedienda vertebat. B. Tũ ego. Recta quidem inquã exhortatio: tuaqꝫ prorſus auctoritate digniſſima. Sed q tu dudum de prouidentia queſtionem pluribus aliis implicitaꝫ eſſe dixiſti re experior. Quero. n. an eſſe aliquid omnino: ⁊ quidnam eſſe caſum arbitreris. p.

¶ Explicit liber quartus. Incipit quintus.
Iterat orationiſqȝ curſum. Hic incipit quintus
liber Boetii de cōſolatione philoſophie cuiꝰ h
eſt pria proſa: in qua philoſophia vult ſoluere q̄
dam dubia ſuam determinationē cōſequētia de fato ⁊ ꝓ-
uidētia: videt̄ enī ex dictis ꝙ caſus nō ſit. qꝛ ſi oīa ſūt ꝓ-
uiſa ita ꝙ nihil eueniat p̄ter ordinē ꝓuidētie diuine: vr̄ ꝙ
nihil caſualiter euēiat. qꝛ caſus īportat euentū īopinatū.
Itē videt̄ ex dictis ꝙ liberū arbitriū nō ſit. qꝛ oīa diſpo-
nunt̄ ſm ordinē fatalis neceſſitatis. liberū aūt arbitrium
neceſſitatē excludit. videt̄ ergo ſi ponit̄ prouidētia ⁊ fatuȝ
ꝙ oīno excludat̄ liberū arbitriū. Philoſophia ergo in p̄
ſenti libro inqrit vtrū caſus ſit ⁊ qd ſit: ⁊ inqrit vtrū liberū
arbitriū. ſupponendo argumēta quibꝰ liberū arbitrium
cū ꝓuidētia diuiſa nō videt̄ poſſe ſtare. poſt hoc ponit fal
ſam ſolutionē quorūdā quā iprobat ⁊ ponit propriā quā
rōnibus cōfirmat: ⁊ de eternitate determinat ⁊ alia plura
ſicut patebit. Et diuidit̄ iſte liber in vndecim partes. quia
ſex ſunt ꝓſe ⁊ qnqȝ metra eiꝰ: que partes ⁊ q̄ ipſis deter-
minant̄ patebūt in ꝓceſſu libri. In pria ꝓſa determinat
de caſu. ⁊ prio boetius tāgit acta phie cōmendās eius ex
hortationē factam: ⁊ mouet queſtionē de caſu. Secundo
phia excuſat ſe ab eius determiatione ⁊ boetius illā excu-
ſationē remouet. Tertio phia determinat de caſu: ſecūda
ibi. Tum illa feſtino. tertia ibi. Tum illo morē. Primo
dicit philoſophia dixerat hec p̄dicta: ⁊ vertebat curſū ora
tionis. i. ſermonis ad tractāda quedā alia atqȝ expediēda
Tunc ego boetius inquā O phia recta ē tua exhortatio fa
cta: ⁊ prorſus ē digniſſima auctoritate. ſȝ ꝙ tu dudū dixi-
ſti ſexta ꝓſa qrti libri. q̄ſtionē de ꝓuidētia iplicitā. i. iplica
tā eē pluribus aliis. ſ. queſtionibꝰ ego experior re. i. reali
ter. quero enī an arbitreris caſū oīno aliqd eſſe ſupple in
rerū natura; ⁊ quidnā arbitreris eſſe caſū ſupple in reruȝ
natura. ¶ Notandū ꝑ hoc ꝙ dicit boetius dixerat. innuit
phiam iam expediuiſſe que ad ſui ſpeculationē ſpectabāt:
⁊ ita determinaſſe pricipalē huiꝰ libri intētionē ⁊ phia ver
tebat curſū oratiōis. i. orationē currētē: qꝛ oratio phie nō
impediebat̄ ignorātia docētis; nec tarditate dicētis: hāc
orationē vertebat ad quedā alia tractāda. que aūt fuerūt
illa boetius nō exprimit. qꝛ forſitā ſua opinione minꝰ erāt
deſiderāda vel forſan q̄tū ad ꝓpoſitū extranea. Notādū
ꝙ dicit exhortatōeȝ phie fuiſſe rectā. qꝛ phia hortabat ad
virtutes ⁊ ad cōtēptū fortuitoꝝ. talis aūt exhortatio que
ſit ad bonū ꝓſequendū ⁊ malū fugiendū recta eſt. ⁊ dicit
exhortationē philoſophie eſſe digniſſimā auctoritate. qꝛ
qḋ a ſapiente dicit̄ auctoritate ſapiētis dignū reputat̄.

¶ Tum illa feſtino inquit debitū ꝓmiſſionis ab-
ſoluere: viamqȝ tibi quā patriā reueharis aperi-
re. Hec autē ⁊ ſi ꝑutilia cognitu: tamē a propoſi-
ti noſtri tramite pauliſꝑ auerſa ſunt. Verendum
qȝ eſt ne deuiis fatigatus ad emetiēdū rectū iter
ſufficere nō poſſis. B. Ne id iq̄ȝ prorſus verea
re. Nam quietis mihi loco fuerit ea qbus maxie
delector agnoſcere: ſil̄ cū oē diſputatiōis tue latꝰ
indubitata fide conſtiterit: nihil eſt quod de ſe-
quentibus ambigatur.

¶ Tum illa feſtino inqt. Hic phia excuſat ſe de huius opi
nionis vel q̄ſtionis determinatiōe. Et boetiꝰ illā excuſa-
tionē remouet dicēs. Phia inqt. Ego feſtino abſoluere.
i. ꝑficere debitū ꝓmiſſiōis. ⁊ apire tibi viā qua reueharis
ad patriā. Hec aūt q̄ tu queris de caſu. ⁊ ſi ꝓ q̄uis. ſunt ꝑ
utilia cognitu. i. cognitōe tamē pauliſꝑ auerſa ſūt a trami
te. i. via noſtri ꝓpoſiti ⁊ dicit pauliſꝑ. qꝛ nō ſunt totaliter
auerſa: ſȝ aliquātulū elucidant p̄miſſa: ⁊ eſt verendū. i. ti-
mendū. ne tu fatigatus deuiis. i. queſtionibꝰ extraneis. nō
poſſis ſufficere ad emetiēdū. i. trāſeūdū rectū iter. dic boe
tiꝰ. O phia ne illud vereare. i. nō timeas qꝛ hoc fuerit mi
hi loco qetis: agnoſcere ea quibꝰ maxime delector. ⁊ cū oē
latus. i. circūſtātia tue diſpoſitiōis mihi ꝯſtiterit fide indu
bitata nihil ē ꝙ ambigat̄ de ſequētibꝰ. ¶ Notādū ꝙ di-
citq̄ via reueharis patriā hic patriā vocat beatitudinē q̄ȝ
prius inuenire docuit. Illa aūt ꝑ que homo peruenit ad
ipām ſunt virtutes. de qbꝰ Boetiꝰ itēdebat agere nō in h
libro. ſed in vltimis libris muſice ſue agēdo de muſica hu
mana. intētionem autem ſuam non compleuit. quia a re
ge theodorico morte ꝑuentꝰ fuit.

¶ Tum illa. Morem inqt geram tibi: ſimulqȝ ſic
exorſa eſt. Siquidē inquit aliquis euētū temera-
rio motu: nullaqȝ cāꝝ cōnexiōe ꝓductū caſū eē d
finiat: nihil oīno caſū eē cōfirmo: ⁊ preter ſubie-
cte rei ſignificationē inanē ꝓrſus eē vocē decerno

¶ Tū illa morē inqt. Hic phia determinat de caſu ſoluen
do premiſſas cauſas ⁊ queſtiōes. Prīo ſoluit primam an
caſus ſit. ſecūdo ſecūdā. qd ſit caſus ibi. licet igit̄. Primo
oſidit qd ſignificet̄ ꝑ nomē caſus. ponēdo opinionē quo-
rūdā. Secūdo improbat illā opinionē ibi. Quis enī. Pri
mo dicit. O boeti ego gerā tibi morē. i. cōformabo me vo
lūtati tue. ⁊ ſil̄ ſic ē exorſa. i. ſic īcepit. ſi aliqs diffiniat quo
ad nomē dicēs caſū eē euētū ꝓductū motu temerario. i. i
prouiſo. ⁊ nulla cōnexiōe cauſaꝝ. Ego phia affirmo caſū
ſic oīno nihil eē. ⁊ decerno. i. iudico vocē caſus ꝓrſus eſſe
inanē. p̄ter ſignificatiōeȝ rei ſubiecte. ſicut hec vox chime
ra inanis eſt. ¶ Notandū ꝙ q̄uis queſtio ſi eſt precedit
queſtionem qd eſt. ſm ꝙ queſtio qd eſt. q̄rit de qdditate
rei. qꝛ qd eſt rei nulli debet̄ niſi enti. tamē q̄ſtio qd eſt q̄-
rens de quo qd ē nois ē pria cognitio. ⁊ ideo ex quo qd ē
nois. oȝ ſcire de aliquo ſi eſt. ꝓpter hoc phia ad q̄rēdum
de caſu vtrū ſit vel nō accipit quod qd eſt qḋ ſignificat̄ ꝑ
nomē. ⁊ dicit. Si aliq dicūt caſū eſſe euentum temerariū
ſine omni cauſa productū ego video vocem caſus eſſe ina
nem tanq̄ȝ ſibi nihil correſpondeat in re.

¶ Quis eni cohercente in ordinē cuncta deo: lo-
cus eſſe vllus temeritati reliquus poteſt.

¶ Quis enim coherccente. Hic philoſophia improbat opi
nionem iſtam oſtendens caſum nihil eſſe ſm eam. ſecun-
do ſoluit queſtionem ſm rei veritatem ibi. Ariſtoteles me
us. Primo ponit vnam rationem. ſecundo aliam ibi. nā
nihil. Antiqui dicebant ꝙ caſus eſt euentus temerarius.
i. improuiſus. Contra hoc arguit philoſophia ſic. Vbicū
qȝ omnia ſunt prouiſa ibi nihil eſt temerarium. ſed oia q̄
ſūt ꝓuiſa ſunt a deo ergo inter ea que ſunt nihil eſt teme
rariū. Hanc rōnē breuiter innuit in littera dicens. Quis
enim locus vllus poteſt eſſe reliquus. i. relictus. temerita
ti. i. improuiſioni. deo coherceute cuncta in ordinem. ſ. ꝓ
uiſum. q. d. nullus. ¶ Notandū ꝙ omnia a deo ſunt pro
uiſa cuius ratio eſt. Q uorūcūqȝ deus eſt cauſa omnia ta
lia prouiſa ſunt a deo. ſed deus eſt cauſa omnis entis. er-
go omnia entia a deo ſunt prouiſa. Quod autem deus ſit
cauſa omnis entis pȝ. qꝛ ab ipſo dependet celū ⁊ tota nā.
vt patet ex duodecimo methaphiſice.

¶ Nam nihil ex nihilo exiſtere vera ſententia eſt:
cui nemo vnquā veterum refragatus eſt. Q̄ȝ id
illi nō de operāte pricipio ſed de materiali ſubie
cto: hoc eſt oīuȝ de natura rōnū quaſi quoddā ie
ceri fundamētū. At ſi nullis ex cauſis aliqd oria
tur: id de nihilo ortū eſſe videt̄. Quod ſi hoc fie
ri nequit. nec caſum quidē huiuſmodi eſſe poſſibi
le eſt qualē pauloāte diffiniuimus. B. Quid igi
tur inquā nihil ne eſt quod vel caſuȝ vel fortuitū
iure appellari queat. An eſt aliqd: tāctſi vulgus
lateat: cui vocabula iſta conueniant. p.

¶ Nam nihil ex nihilo exiſtere. Hic ponit aliam rationem ꝓbantē ꝙ caſus nō pōt eſſe ſine omni cauſa productus ſicut dicebāt antiq. ⁊ arguit ſic. Quod eſt ex nihilo nihil ē ſed qđ ē ex nulla cauſa ex nihilo ē. ergo qđ ex nulla cauſa eſt nihil eſt. Sȝ ſm antiquos caſus ē ex nulla cauſa. q: eſt productus ſine omni cōnexione cauſaꝝ. ergo caſus nihil ē vnde dicit in littera. Uera ſnīa eſt cui nemo vnqȝ veterum refragatus eſt. i. ꝯtradixit. ſ. ex nihilo nihil. exiſtere. qȝ qȝ illi ātiqui illā propoſitionē ex nihilo nihil exiſtere iecerint . i. poſuerit quaſi quoddā fundamētū nō de operante principio. ſcȝ de deo creatore. q: ille ex nihilo aliqđ fecit. ſed intellexerunt hoc de materiali ſubiecto. i. de tota natura ſūdata in materia. ⁊ exponit ſeipm dicens. hoc eſt de natura omniū rationū. i. de materia que eſt ſubiectū formarum naturaliū. Sed ſi aliquid oriat̄ ex nullis cauſis. id videtur eſſe ortū ex nihilo. ſed hoc fieri negt vt aliqđ oriat̄ ex nihilo ergo nō eſt poſſibile caſum eſſe hmōi. i. taleȝ qualē paulo ante diffiniuimus ſm antiquos ꝙ ſit euentus temerarius ſine cōnexione cauſaꝝ. Quid ergo dicēdū ē de caſu q̄rit boe. Eſt ne nihil in rerū natura quod iure queat. i. poſſit appellari caſus vel fortuitū vel ē aliqđ. tametſi pro qȝ uis. lateat vulgus cui iſta vocabula conueniāt. ¶ Notandū ꝙ hec ꝓpoſitio ex nihilo nihil exiſtere vera eſt in comparatione ad cauſam ꝑticularē. que in ſua actione ꝑſuppōit materiā tamē in cōparatiōe ad cauſā vniuerſalē que ē cauſa totius entis non eſt vera. Unde dicim⁹ deum oīa creaſſe ex nihilo ⁊ fide tenem⁹. ſed antiqui de iſto modo productionis ꝑ creationē nō loquebant̄. ſed p̄io mō. vn̄ ariſtoteles p̄io phiſi. Impoſſibile eſt aliqđ fieri ex his q̄ nō ſūt de hac. n. opiniōe cōueniūt oēs qui de natura ſunt.

¶ Ariſtoteles meus id inquid in phiſicis ⁊ breui ⁊ veri ꝓpinqua ratione definiuit. b. quonaȝ inqȝ modo. p. Quotiēs ait aliquid cuiuſpiā rei gratia gerit̄ aliudqȝ quibuſdā de cauſis: qȝ quod intendebat̄ obtingit: caſus vocat̄. Ut ſi quis colendi agri cauſa fodiens humū defoſſi auri pondus inueniat. Hoc igitur fortūito quidē credit̄ accidiſſe. verū nō de nihilo eſt. Nā ꝓprias cauſas hȝ q̄rū improuiſus inopinatuſqȝ ꝯcurſus caſum videtur opatus. Nā niſi cultor agri humū foderet. inſi eo loci pecuniam ſuam depoſitor obruiſſet: aurū non eſſet inuentuȝ.

¶ Ariſtoteles me⁹. id iquit in phiſicis. Hic pħia ſoluit queſtionē de caſu ⁊ p̄io oñdit eā eē ſolutā ab ariſtotele ⁊ oſtēdit modū eius. ſcđo declarat ꝙ licet caſus nō habeat cauſas ꝑ ſe: hȝ tn̄ cauſas ꝑ accñs ibi. He ſunt igit̄. Primo dicit ariſtoteles meus. ideſt doctrina mea nutritus ⁊ deditus definiuit caſū in phiſicis. i. in ſecūdo phiſicoꝝ breui ratione ⁊ ꝓpinq̄ veri. i. veritati ⁊ q̄rit Boetius. Quonā i quā mō. dicit philoſophia. Quotiēs aliqđ gerit̄. i. fit gr̄a cuiuſpiā rei. i. alicui⁹ rei ⁊ aliud obtingit quibuſdā de cauſis quā qđ itēdebat̄ illud vocatur caſus. vt ſi aliqs cā colēdi agri fodiēs humū iueniat pōdus auri defoſſū: hec inuētio auri credit̄ fortuitu. i. a caſu accidiſſe verū ꝑ ſcđ. talis euētus caſualis nō ē de nihilo. i. de nulla cauſa. ſicut dicebat diffinitio antiquoꝝ. nā euēt⁹ caſualis. hȝ ꝓprias cās. quarū cōcurſus inopinatus ⁊ iprouiſus ſupple ab eo qui aliqđ fecit cauſa alteri⁹ rei. vr̄ opat⁹ eē caſū. niſi. n. cultor agri foderet humū que ſup. foſſio eſt vna cauſa inuentionis auri. ⁊ niſi eo loci. i. loco depoſitor obruiſſet. i. abſcōdiſſet pecuniā ſuā: que eſt alia cauſa iuētionis auri: aurū nō eēt inuētū. ¶ Notandū ꝙ caſus ſm ariſt. eſt qñ aliquid fit ꝓpter aliquē finē: vt foſſio agri propter ſeminationē: ſi aliqđ aliud euenit ex quibuſdā cauſis preter hoc quod intēdebat̄ hoc eſt caſus: vt inuētio theſauri caſualis eſt q̄ nō itēdebat̄ a foſſore agri. ex quo pȝ ꝙ inuentio theſauri eſt caſualis: nō iō ꝙ nō ē preuiſa a deo ſed q: nō ē ꝓuiſa ab homine ⁊ ita caſus. nihil ē quo ad deū: ſȝ eſt aliqđ quo ad hoieȝ ꝓter cui⁹ itētionem ⁊ ꝓuiſionē euenit.

¶ He ſūt igit̄ fortuiti cāe cōpendii: qđ ex obuiis ſibi ⁊ cōfluētibus cauſis: nō ex gerētis intētiōe ꝓuenit. Neqȝ. n. vel qui auꝝ obruit vel q agrum exercuit. vt ea pecunia repiret̄ itendit. ſȝ vt dixi quod ille obruit. nunc fodiſſe conuenit atqȝ concurrit.

¶ He ſunt igit̄. Hic oñdit philoſophia ꝙ lȝ caſus habeat cās non tn̄ hȝ cās ꝑ ſe. ſed per accidēs dicens. he igit̄ ſunt cāe fortuiti compendii. i. fortuiti euentus quod fortuitum cōpendiū ꝓuenit ex cauſis obuiis ⁊ cōfluentib⁹. nō ex intētione gerentis. nō enim ille qui aurū obruit uel qui agruȝ exercuit. i. fodit intendit ut ea pecūia reperiret̄: ſȝ vt dixi ꝓter gerentis intentionem euenit hunc fodere quā ille obruit pecuniā. ⁊ cōcurrit ſupple inuentio pecunie. ¶ Notādū ꝙ cā efficiēs non agit niſi moueat̄ a fine. finis aūt nō mouet niſi ſm ꝙ ē in intentione ⁊ ideo reſpectu illius effectus qui eſt in intentione agens eſt cauſa ꝑ ſe: ſed ſi aliqđ cōtingat in actione preter intentioneȝ agentis illius agēs eſt cauſa per accidens ⁊ ſic caſus: quia contingit preter intētionē agētis: nō hȝ cāȝ agētē ꝑ ſe ſȝ per accidens.

¶ Licet igitur diffinire caſum eſſe inopinatum. vt ex cōfluentibus cauſis in his que ob aliquid gerūtur: euentū. Concurrere vero atqȝ confluere cauſas facit ordo ille ineuitabili ꝯnexione procedēs: qui de prouidētie fonte deſcendēs cūcta ſuis locis temporibuſqȝ diſponit.

¶ Licet igit̄ definire. Hic philoſophia ſoluit ſecūdā q̄ſtionē oſtendēdo quid ſit caſus. Cōcludit ergo diffinitionem eius ex iam dictis. di. Licet igit̄ definire caſum eſſe euentum inopinatū ex cauſis confluentibus in his q̄ gerūt̄ ob aliqđ aliud. Tūc oñdit q̄o effect⁹ cauſalis cadit ſub ordine ꝓuidētie. dictū eſt. n. ꝙ caſus prouenit ex cauſis cōfluētibus. Qđ aūt cauſe confluant hoc prouenit ex ordine prouidētie. vnde dicit. Cās vo cōcurrere ⁊ confluere facit iſte ordo ſupple fatalis procedēs ineuitabili cōnexione. ſ. cauſaꝝ. qui deſcendēs ſupple ordo de fonte prouidentie cuncta diſponit ſuis tpib⁹ ⁊ locis. ¶ Notandum ꝙ diffinitio caſus eſt bona. quia per eā caſus diſtinguitur ab aliis. ꝑ hoc qđ dicit̄. caſus eſt euētus inopinatus excluditur effectus neceſſario eueniēs. velut frequēter ſicut ſolē oriri vl̄ hoiem naſci cū. 5. digitis in vna manu. Talia enim non eueniūt caſualiter ⁊ inopinate. ꝑ hoc quod dicitur ex confluentibus cauſis. excludit̄ caſus primo modo dictus. qui ſm antiquos ponebat̄ produci ex nulla cōnexione cauſarū per hoc aūt qđ dicit̄ i his que gerūt̄ ob aliqđ aliud per hoc excluditur a caſu cauſalitas per ſe. caſus enim ⁊ fortuna ſūt cauſe ꝑ accidēs. ⁊ fiunt preter intētionē agētis.

¶ Metrum primum quinti libri.

Rupis achemenie ſcopulis vbi verſa ſequentum
Pectoribus figit ſpicula pugna fugax
Tigris ⁊ eufrates vno ſeſe fonte reſoluunt
Et mox abiunctis diſſociātur aquis.
Si coeant: curſumqȝ iterꝝ reuocentur in vnum:
Confluat alterni quod trahit vnda vadi.
Conueniant puppes: ⁊ vulſi flumine trunci.
Mixtaqȝ fortuitos implicet vnda modos.
Quos tamen ipſa vagos terre decliuia caſus
Gurgitis ⁊ lapſi defluus ordo regit.
Sicqȝ permiſſis fluitare videtur habenis.

Fors patitur frenos. ipſaq₃ lege meat.

¶ Metrum primum quinti libri.

Rupis achemenie ſcopulis. Iſtud eſt primū iſti us qnti qđ dr metrū elegiacū. ⁊ primū metrū eſt dactilicū exametrū. ſecundū eſt trochaicuȝ pētbametrū. vel dactilicū penthametruȝ. In quo pħia oñdit quomō euētus caſualis ſe hȝ ad ꝓuidētiā diuinā. Eſt aūt materia exēpli. q tigris ⁊ eufrates ſūt duo fluii ab eodē fonte procedētes: qui poſtea abinuicem diui dunť. ⁊ ſi iteꝝ cōcurrāt neceſſe eſt naues ⁊ alia q̄ ꝑ iſta flu mina deferūtur cōcurrere. g quidē cōcurſus ꝓuenit inq̄ tum reguntꝫ decurſu iſtoꝝ fluuioꝝ. ⁊ tñ eſt preter intentio nem iſtoꝝ qui regūt naues eodē mō cōcurſus cauſaꝝ caſu alis. Quis ſit preter intētionē ipſoꝝ agentiū. tñ cōcurūt ſȝ defluxum ordinis fatalis ex regimine diuine prouidentie: ⁊ quis nobis ignorantibus ordinē diuine prouidentie vi deatꝫ aliquid caſuale et fortuitū. tamen in compatione ad deū omnia ſunt ordinata ⁊ prouiſa. vñ dicit in littera: Ti gris. ⁊ eufrates reſoluūt ſe vno fonte ſcopulis. i. ex cōcaui tatibus rupis achemenie. i. mōtis parthie. vbi. ſcilȝ in par thia fugax pugna verſa ſpicula. i. ſagittas figit pectoribus ſequentū. eſt. n. conſuetudo pthorum q fugiendo pugnāt ſagittando a tergo cōtra inſequētes. ⁊ mor. i. paruuȝ poſt ſpaciū tigris ⁊ eufrates diſſociantꝫ abiūctis aqs ſup. aliis ⁊ ſi dicti fluuii iteꝝ coeant. i. cōueniant. ⁊ reuocentꝫ in vnū curſuȝ cōfluant. i. oȝ confluere. illud qđ vnda alterni vadi. i. vtriuſq₃ flumis. trahit. i. ſecū ducit ⁊ ꝯueniant puppes ⁊ trūci. vulſi. i. eradicati. flumine. i. ꝑ flumen. et vnda mix ta. i. confluens. implicet. i. implicabit fortuitos modos. q vnda faciet concurrere fortuitu naues et truncos. quos tñ vagos caſus. i. caſuales euentus. regit ipſa decliuia ter re. ſ. depreſſio terre dans viā fluuio. ⁊ defluus ordo lapſi gurgitis. i. currētis aque regit illos vagos curſus ⁊ ita ē đ euētu caſuali reſpectu prouidentie vñ dicit. fors. i. caſus vel fortuna que videtꝫ fluitare pmiſſis ha. i. ſine regimine. il la patitꝫ fre. i. regimia ⁊ meat. i. tranſit ipſa le. i. ꝑ ipſaȝ legē diuine prouidētie. ¶ Nota q ſcribitur in geneſi. Tigris ⁊ eufrates ſunt flumina quoꝝ ortus eſt in padiſo. Sed hie ro. auctoritate Saluſtii dicit. q ortus tigris ⁊ eufrates de monſtratur in armenia. i. in partia. cui videtur boe. ꝯſenti re. Beatus autē auguſt. ſup geneſim ad litterā iſtā contra rietatem concordat dicens. Illud cōtingit in iſtis flumini bus quod in aliis exprimur. ſ. q aliqñ abſorbentꝫ a terra ⁊ iteꝝ oriūtur: ⁊ q hoc ſepe poteſt cōtingere. ideo de ortu ipſoꝝ fluuiorum diuerſa poſſunt dici. Q. ſ. n. moyſes di cit in geñ. q oriūtur in padiſo poteſt intelligi de prima origine eoꝝ ſed qđ dicitꝫ ab aliis q alias oriātꝫ poteſt. intel ligi de ortu eoꝝ ſecundario. ¶ Notandū q pthia eſt regio quedā que alio noīe dicitꝫ achemenia vnde dicuntꝫ homi nes pthi. qui vincūt hoſtes ſuos fugiendo. ſagittas a ter go mittendo. ⁊ ſic amor vincēdus eſt fugiēdo. vñ poeta di xit qua ſpē matris cedit victoria pthis. cipris ea pte ſimili quoq₃ vincitur arte cipris. i. venus que colebatꝫ in cipro. ⁊ paup. hen. ꝯſcribas igitꝫ gladiis ⁊ fuſtib⁹ ipm ſup. amo rem. ⁊ fugiendo. fuga. quē fuga ſola fugat.

¶ Proſa ſecunda libri quinti.

Animaduerto inquā: idq₃ vti tu dicis ita eſſe conſentio. ſed in hac herentium ſibi ſerie cauſarum eſt ne vlla noſtri ar bitrii libertas: an ipſos quoq₃ humanoꝝ motus animoꝝ fatalis cathena cōſtringit: p. Eſt inquit Neq₃ enim fuerit vlla rationalis nā quin eideȝ libertas aſſit arbitrii. naȝ qđ ratione vti nāliter poteſt: id habet iudiciuȝ quo quodq₃ diſcernat ꝑ ſe: igitur fugienda optandaue dinoſcit. quod vō quis optandū iudicat eē: petit. Refugit vō quod exiſtimat eſſe fugiendum.

¶ Proſa ſecunda quinti libri.

Animaduerto inq̄. Hic incipit proſa ſcđa hu iuſ quinti in qua incipit determinare de ꝯueni entia liberi arbitrii ad prouidentiā diuinā. et prio q̄rit an liberū arbitriū poſſit ſtare cū ꝓui dentia diuina: ⁊ pħia probat liberū arbitriū eē. ſcđo oſten dit quō diuerſificatꝫ in diuerſis: ⁊ tertio oñdit actus liberi arbitrii cadere ſub prouidētia diuina: ſcđa ibi. Sed hāc tertia ibi. Que tñ. Primo dicit. Animaduerto inquā. i. cognoſco. quō caſus ſtat cū prouidentia ⁊ ita conſentio ſic dixiſti. ⁊ querit boeti⁹. Eſt ne vlla libertas arbitrii in hac ſerie cauſaꝝ ſibi herentiū. an fatalis cathena. i. fatal' neceſ ſitas conſtringit motus. i. affectus humanoꝝ aioꝝ. Tunc pħia probat liberū arbitriū eē dicēs. Libertas arbitrii eſt nō obſtante predicta ꝯnexione cauſaꝝ. neq₃ enim fuerit. i. eſſe poterit vlla rationalis natura quin libertas arbitrii eidem aſſit. ⁊ accipitꝫ hic rationalis natura large ꝓ omni eo qđ habet cognitionem intellectiuā. probat autem q oī nature rationali inſit libeꝝ arbitriū dicens. Illud qđ po teſt naturaliter vti ratione: id hȝ iudicium quo diſcernat vnūq₃q₃. igitꝫ ꝑ ſe dinoſcit. i. diſcernit fugienda et optan da. quod autē quis iudicat optandū id petit. i. proſequitꝫ ⁊ refugit illud quod eſtimat fugiendum.

¶ Quare quibus ineſt ratio: ipſis etiam ineſt vo lendi nolendiq₃ libertas.

¶ Quare quib⁹ ineſt ratio. illis ineſt libertaſ volendi ⁊ nō lendi. poteſt ergo ſic ratio formari. Omne quod poteſt vti ratione habet iudiciū cognoſcendi fugienda ⁊ optanda: ſȝ quod quiſq₃ iudicat optandū proſequitꝫ. ⁊ qđ iudicat fugi endū. hoc refugit. ergo oē qđ pōt vti ratione hȝ libertatē volendi ⁊ nolendi. ¶ Notandū q dicit illud quod vtitur ratione hȝ iudicium quo diſcernat vnūquodq₃. hoc di cit ad differentiam iudicii nālis. qđ eſt in brutis. quo non iudicatꝫ vnūquodq₃ agendū ſed aliqđ pticulare. ſicut ouis non iudicat de quolibet fugiendo. ſed tātū de lupo. ⁊ apeſ non habēt induſtriā ad faciendū aliqđ opus. niſi ad fauoſ mellis. ſȝ iudiciū rōis eſt de quibuſlibet q̄ aguntꝫ. ¶ No tandū q dicit qđ habens rōnis iudiciū per ſe iudicat pro ſequendum vel fugiendū. lȝ eni bruta quodāmodo cogno ſcāt fugienda vel proſequēda. non tñ per ſe: quia non ſunt cauſa iudicii. Homo autem non ſolū cognoſcit finē ⁊ ordi nata in finē. ſȝ cognoſcit ea vniuerſaliter ꝑ modū collatio nis et per modū ſylogiſticū ēt homo ſuū iudiciū iudicat. et diſcernit quia intellectus eſt virtus conuerſa ſupra ſe.

¶ Sed hanc non in omnibus equā eſſe conſtituo Nam ſupernis diuiniſq₃ ſubſtantiis ⁊ perſpicax iudicium ⁊ incorrupta voluntas. ⁊ efficax opta toꝝ preſto ēſt poteſtas. Humanas vō animas li beriores quidem eſſe neceſſe eſt: cum ſe i mentis diuine ſpeculatione conſeruant: minus vero cū dilabuntur ad corpora: minuſq₃ etiam cum ter renis artubus colligantur: extrema vero eſt ſer uitus: cum viciis dedite rōnis ꝓprie poſſeſſiōe ceciderint. Nam vbi oculos a ſumme luce veri tatis ad inferiora ⁊ tenebroſa deiecerint. mox in ſtitie nube caligātꝫ. pniciosis turbātꝫ affectibus. Quibus accedēdo ꝯſentiēdoq₃ quā iuerere ſibi adiuuant ſeruitutem: ⁊ ſunt quodammodo pro pria libertate captiue.

¶ Sed hanc non in oībus. Hic oſtendit pħia quō liberum arbitriū diuerſificatꝫ in diuerſis. ſcȝ in angelis et hoībus dicens. Hanc. ſ. libertatē arbitrii non conſtituo eſſe equā. i. equalē in omnibus. q maior ē i ſubſtantiis diuinis q̄

in hominibꝰ. Nam ſupnis ⁊ diuinis ſubſtantiis ineſt perſpicax iudicium.i.infallibile iudiciū.⁊ ineſt eis icorrupta voluntas.ideſt inflexibilis ad malum. ⁊ in eis eſt preſto. ideſt parata.efficax poteſtas optatorum.qꝛ non eſt in eis impedimentū executiōis. animas vero humanas neceſſe eſt eſſe liberiores.quando conſeruant ſe in ſpeculatione diuine mentis.minus vero libere ſunt cuꝫ dilabuntur ad corpora.i.ad curam rerum corpalium: ⁊ adhuc minus libere ſūt cum colligantur terrenis artubus.i.affectibus.quibꝰ minus reſiſtere poſſunt paſſionibus inſurgentibꝰ. Extrema vero.i.maxima eſt ſeruitus animaꝝ. quando dedite viciis ceciderint a poſſeſſione proprie rationis. qua regi.i.dirigi deberent in agendo. Naꝫ vbi.i.poſtq̄ꝫ anime deiecerint oculos rationis.⁊ intellectus a luce ſumme veritatis. ad inferiora et tenebroſa.i.ad terrēa et carnalia. mox caligāt̄ ideſt obſcurant̄ nube inſcitie.i.ignorantie: ⁊ turbant̄ pniciosis.affectibus.i.paſſionibꝰ.quibꝰ accedēdo et conſētiēdo adiuuant.i.augmentant ſeruitutē. quā ſibi inuexere.i.induxerunt et anime vicioſoꝝ ſunt quodāmodo captiue ꝓpria libertate: ¶ Notādū ꝙ liberum arbitriū eſt libertas iudicandi ⁊ exequēdi res. Uel ſm boetiū ſup primo periarmenias. liberū arbitriū eſt de voluntate iudicium animi nullo extrinſeco aut violenter cogente aut violēter impediente: nullo cogente ad faciendū qd diſplicet nullo impediente ne fiat qd placet. ¶ Notandū ꝙ liberū abitriū in duobus conſiſtit in libertate iudicandi.⁊ in libertate exequendi iudicata. primū ſcꝫ libertatē iudicandi īpedit ignorantia ſed libertatē exequendi impedit impotētia executionis ⁊ corruptio voluntatis. Quandoqꝫ enim poſſumus perficere: tamen voluntate corrupta vicio non perficimꝰ. In ſubſtantiis aūt ſeparatis non eſt ignorantia iudicandi nec impotentia perficiendi: nec corruptio volūtatis. ergo in eis eſt maxima libertas arbitrii. Intelligentie eni in nullo falluntur. ergo habent pſpicax iudiciuꝫ ⁊ nunq̄ꝫ volūt niſi bonū. ergo in eis eſt incorrupta voluntas ⁊ poſſunt pficere quicqd deſiderant ergo in eis eſt efficax poteſtas optatorum. ¶ Notādū ꝙ quidam dixerūt fuiſſe de intentione platonis animas humanas ſil' eē creatas in celo .⁊ poſtea deſcēdere in corpa.⁊ in eis detineri tanq̄ꝫ in vinculis. ſm illos gradus libertatis aiarū humanaꝝ quas pōit in littera ſic diſtinguuntur. ſ. ꝙ cū ſint in celo create in cōtemplatione diuine mentis ſunt maxime libere. cum autē deſiderio corporū incipiūt deſcendere ad corpus ſunt minus libere. cū āt iam ſunt colligate corpibus adhuc ſunt minus libere. ſed minima libertas eſt in eis quando ſubduntur viciis. iſta tamen expoſitio non tenet ſcd̄m veritatem. ideo aliter exponit̄ ꝙ illas animas neceſſe eſt eē liberiores que cōtemplationi diuine inſeruiunt ut anime virtuoſoꝝ ⁊ contemplatiuoꝝ quoꝝ conuerſatio in celis eſt. ille autem ſunt minus libere q̄ dilabūtur ad corpa.i.que deſcendūt ad curā rerū tempalium. ſicut ſunt practici q negociantur circa bona tempalia ad cōmunem vtilitatē diſpēſanda. adhuc minus libere ſūt anie q̄ terrenis artubus colligantur.i.q̄ deſcendūt ad curandū propriū corpus et ad propriā vtilitatē. minime āt libere ſūt que ſubdite viciis rationem amittūt. vicioſus non vnius tantū dn̄i eſt ſeruꝰ ſed tot dn̄oꝝ quot vicioꝝ ſm beatū auguſtinum.

¶ Que tamen ille ab eterno cuncta proſpiciens ꝓuidētie cernit ītuitus. ⁊ ſuis q̄qꝫ meritis predeſtinata diſponit: omnia videt ⁊ omnia audit.

¶ Que tamē ille. Hic oſtendit pħia quō actus liberi arbitrii cadunt ſub prouidentia diuina. qꝛ pp hoc ꝙ diuina cognitio ſe extendit ad omnia dicens. Que oīa dicta quo ad diuerſos gradus libertatis ⁊ quo ad omnes actus inde prouenientes. cernit ille intuitus prouidentie diuine cūcta proſpiciens. ⁊ queqꝫ pdeſtinata diſponit ſuis meritis reddēdo bonis bona ⁊ malis mala. ⁊ hoc confirmat auctoritate greca q̄ ſonat in latino. Omnia videt deus ⁊ oīa audit vel ſm alios ſonat deus illuſtrat oīa clarius q̄ꝫ ſol.

¶ Notandum ꝙ lꝫ diuina prouidentia ab eterno oīa ꝓſpexit. non tn̄ pp hoc neceſſitat̄ liberꝫ arbitrium ad faciendum bonū vel malum qꝛ ſm ariſtot.3.eth. Homo eſt dominus ſuaꝝ opationū a pricipio vſqꝫ ad fineꝫ.⁊ ergo ſm merita operationū liberi arbitrii recipit penam vel pmiū.

¶ Metrum ſecundum quinti libri.

PUro clarum lumine phebum
Melliflui canit oris homerus.
Qui tamen intima viſcera terre
Non valet aut pelagi radiorum
Infirma perrumpere luce
Haud ſic magni conditor orbis.
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terre mole reſiſtunt.
Non nox atris nubibus obſtat
Que ſint. que fuerint: veniantqꝫ
Uno mentis cernit iniectu.
Quem quia reſpicit omnia ſolus
Uerum poſſis dicere ſolem.

¶ Metrum ſecundum. quinti. libri.

PUro clarū lumine phebū: Iſtud ē metrū ſcd̄ꝫ huiꝰ quinti qd dicit̄ archiloicū ab inuentore dactilicū a pede pdominante. in quo pħia cōmendat excellentiam diuine cognitionis.i cōparatione ad ſolē materialem dicens. Homerus oris melliflui.i.dulcis eloquētie canit.i.deſcribit phebū.i. ſolē claruꝫ puro lumine. forſitan eni homerus fecit librū de claritate ſolis. q.ſ. ſol nō valet prumpere.i.penetrare .intima viſcera.i.ꝓfunda terre et pellagi.i.maris. Infirma.i. debili. luce radioꝝ. haud ſic.i.nō ſic hꝫ ſe cōditor magni orbis.ſ.deus: ſꝫ ipſe ſua cognitiōe penetrat oīa cuꝫ nihil poſſit ipm latere, huic.ſ.conditori tuenti.i.reſpiciēti cuncta ex alto.ſcꝫ celo. terre ſibi reſiſtunt nulla mole.i.magnitudine ſicut obſiſtūt radiis ſolis. nec etiā nox obſcura obſtat ſibi atris nubibus immo in vno ictu mētis.i.in vnico mentali intuitu. cernit que ſunt q̄ꝫtum ad pn̄tia que fuerūt q̄ꝫtum ad pterita. que vēiunt q̄ꝫtum ad futura quē .ſ.ꝯditorem. qꝛ reſpicit oia ſolꝰ. tu poſſiſ. dicere verū ſolē. ¶ Notandum lꝫ deus oīa cognoſcēdo puideat etiā illa q̄ fiunt ex libero arbitrio: voluit tamen quaſdā creaturas eſſe liberi arbitrii qꝛ hoc magis decet diuinā bonitatem. ſic̄ eniꝫ meliꝰ et nobilius eſt regnuꝫ in quo non tantū ſeruit̄ regi a ſeruis ſed etiam a liberis. q̄ꝫ vbi tantū ſeruit̄ a ſeruis. Sic meliꝰ erit regnū dei et decentius ex hoc ꝙ ſunt alique creature libere ſeruientes. ſicut homo et angelus: quā ſi eſſent ſole creature ſeruiliter operantes: cuiuſmodi ſunt omnes creature preter hominem et angelum. que ex determinatōne nature neceſſitant̄ ad ſua opera.

¶ Proſa tertia quinti libri.

TUm ego. En inq̄ꝫ difficiliori rurſus ambiguitate cōfūdor.p. Quenā igt iſta ē iā.n.qbus pturbare cōiecto. B.

¶ Proſa tertia quinti libri.

TUm ego. En inq̄ꝫ. Hic incipit tertia pſa huiꝰ qnti in qua boetiꝰ obiicit. cōtra pdicta: oñdēs nō poſſe ſil' ſtare ꝓuidētiā et liberū arbitrium Et prio pmittit ꝙ dicta poſſunt habere dubitationē ſecūdo ponit rōnē dubitationis ibi. Nimiū inq̄ꝫ. Primo dicit Tū ꝓ tūc finitis pdictis, Ego boetius inq̄ꝫ. O philoſophia rurſus ego cōfundor. difficiliori ambiguitate. Et q̄rit philoſophia quenā ē iſta ambiguitas. iā.n. cōiecto.i. iudico. quibus tu pturbare.i.pturbaris. ¶ Notādū ꝙ cōiectare ē ex aliqbꝰ ſignis aliquid putare. ⁊ ſic philoſophia coniectat per locū a cōiter accidentibus dubitationeꝫ boetii. quia

eſt.qꝛ cōiter quicūqʒ loquebantur de prouidentia ⁊ libero
arbitrio dubitant de compaſſibilitate eorum.

¶ Nimium inq̄ aduerſari ac repugnare videtur
prenoſcere vniuerſa deum:⁊ eē vllum libertatis
arbitriūm. Nam ſi cuncta proſpicit deus : neqʒ
falli vllo modo poteſt: euenire neceſſe eſt quod
prouidentia futurum eſſe preuiderit . Quare ſi
ab eterno:non facta hominū modo:ſed etiā con
ſilia volūtateſqʒ ꝑnoſcit : nulla erit arbitriū liber
tas: Neqʒ enim vel factum aliud vllum vel que
libet exiſtere poterit voluntas : niſi quam neſcia
falli prouidentia diuina ꝑſenſerit. naʒ ſi aliorſuʒ
q̄ꝫ prouiſa ſunt detorqueri valent:non iaʒ erit fu
turi firma ꝑſcientia: ſed opinio potius incerta.qđ
de deo nephas credere iudico.

¶ Nimiū inqʒ. Hic boetius exprimit ſuā dubitationē oſtē
dens prouidentiā ⁊ liberum arbitriū eē incōpaſſibilia. pri
mo facit hoc.ſecundo excludit quaſdam vias quibus aliq
conabanť defēdere.prouidentiā ibi. Quid igiť. Ad ꝓbā
dum ergo icōpaſſibilitatē ꝑdictoꝝ pōit tres rōes. ſcđa ibi
Ad hec.tertia ibi. Poſtremo prīo ponit primā rationē.ſe
cundo excludit quandā ſolutionē eiꝰ.ibi. Neqʒ.n. Prīo
modo dicit. Nimiū videť aduerſari ⁊ repugnare deum
prenoſcere vniuerſa.⁊ eſſe vllū libertatis arbitriū.Quod
autem iſta repugnāt:probat.nā ſi deus proſpicit cūcta.ne
qʒ vllo modo falli pōt.neceſſe eſt euenire illud quod ꝓui
dētia ꝓuiderit eſſe futurū.qđ ſi nō eueniret falleret ꝓuidē
tia. Quare ſi ab eterno nō mō.ideſt non tantū facta hoim
ſed etiam conſilia et voluntates ꝑnoſcit.nulla erit libertas
arbitrii.ſed omnia euenirēt de neceſſitate. Qđ aūt deus
ſua prouidentia omnia precognoſcat declarat. Neqʒ.n.
poterit exiſtere aliquod factuʒ vel aliqua volūtas niſi quā
preſenſerit.i.preſciuerit ꝓuidentia diuina.neſcia.i.nō po
tens falli nec poſſunt aliter euenire q̄ꝫ preuiſa ſunt.nam ſi
valent detorqueri aliorſum.ſ.ut aliter eueniāt q̄ꝫ preuiſa
ſunt.non erit iam firma preſcientia dei ſed potius erit in
certa opinio.quod iudico nephas credere de deo. ¶ No
tandum q̄ ex littera ſic formať ratio. Illa que prouidenť
infallibiliter de neceſſitate eueniūt ſed oīa prouideť a deo
infallibiliter ergo omnia de neceſſitate eueniūt.⁊ ſic perit
libertas arbitrii. ¶ Notandū q̄ ſcientia dei nō eſt opinio
qꝛ opinio eſt eoruʒ que ſic ⁊ aliter ſe poſſunt habere.ex pri
mo poſteriorum.ſcientia autem eſt eorum que non poſſūt
ſe aliter hr̄e ergo ſcientia dei non eſt dicenda opinio.

¶ Neqʒ enim illam probo rationem:qua ſe qdaʒ
credunt hunc queſtionis noduʒ poſſe diſſoluere
Aiunt enim non ideo quid eſſe euenturuʒ quoniā
id prouidentia futuꝝ eſſe proſpexerit :ſed ecōtra
rio potius: quoniam quod futurorum eſt id diui
nam prouidentiam latere non poſſit. Eoqʒ mo
do neceſſarium eſt hoc in contrariam relabi par
tem.neqʒ enim neceſſe eſt contingere que preui
dentur:ſed neceſſe eſt que futura ſunt prouideri.

¶ Neqʒ enim illā probo rationem. Hic phia excludit quā
dam reſponſionem que poſſet dari ad predictam rationeʒ
Et primo ponit eā.ſecundo eā excludit ibi Quaſi vō. Pri
mo dicit. Neqʒ enim probo.i.approbo illaʒ rationē.i.re
ſponſionē qua quidā credūt ſe poſſe diſſoluere nodum.
ſ.difficultatem queſtionis. Aiunt enim non ideo qđ eē vē
turum.qm̄ prouidentia ꝓſpexerit illud eſſe futurū.i. vētu
rum.ſed potius econtrario.i.econuerſo. qm̄ qđ futurum
eſt:illud non poſſit latere prouidentiam diuinam quaſi di
cat.euentus rei eſt cauſa preſcientie.⁊ non econuerſo.⁊ iđ
ex euētu debet concludi neceſſitas preſcientie non econuer
ſo.ſm eos. Et iſto modo neceſſarium eſt.hoc ſcʒ quod cō
cluditur de euentu relabi in cōtrariā parteʒ.ſ.ut quod cō
cluditur de euētu.hoc cōcludatur de ꝑſcientia. Neqʒ enī
neceſſe eſt contingere que prouidenť ſm eos.ſed que fu
tura ſunt neceſſe ē prouideri. ¶ Notandū q̄ prior ratio ꝑ
tendebat q̄ oīa futura de neceſſitate eueniant.qꝛ deus fu
tura infallibiliter preuidet.reſponſio autē quorundā dicit
contrarium. Dicit enim non iđ qꝛ deus ꝓuidet futura ne
ceſſario eueniūt:ſed qꝛ ventura ſunt iđ deus ea preuidet.

¶ Quaſi vō que cuiuſqʒ rei cauſa ſit preſcientia:
ne futuroꝝ neceſſitas ſit: an futurorū neceſſitas
cā preuidentie laboreť. Ac non illud demonſtra
re nitamur quoquo mō ſe habeat ordo cauſaꝝ:
neceſſariū eē euētum preſcitaꝝ reꝝ:ēt ſi preſcien
tia futuris rebꝰ euenīēdi neceſſitatē ñ videatur
inferre. Et enī ſi qſpiam ſedeat: opionem q̄ eū
ſedere coniectat veram eē neceſſe ē. Atqʒ ecōuer
ſo rurſuſ ſi de quopiā vera ſit opinio qm̄ ſedet eū
ſedere neceſſe eſt. In vtroqʒ igiť neceſſitas ineſt
in hoc quidē ſedendi.at vō in altero veritatis.ſʒ
non idcirco quiſqʒ ſedet:qm̄ vera eſt opinio: ſed
hec potius vera eſt:qm̄ quēpiam ſedere ꝑceſſit.
Ita cūʒ cauſa veritatis ex altera parte procedat
ineſt tm̄ cōmunis in vtroqʒ neceſſitas Similia đ
prouidetia futuriſqʒ rebus rōcinari patet . nam
etiam ſi idcirco quoniam futura ſunt prouidenť.
non vō ideo quoniā prouidentur eueniunt. nihi
lominus tm̄ a deo vel ventura prouideri vel pro
uiſa euenire neceſſe eſt quod ad perimendā ar
bitrii libertatē ſolum ſatis eſt.

¶ Quaſi vō. Hic excludit iſtam reſponſionē dicens . Iſta
reſponſio procedit quaſi laboraret querendo cuiꝰ rei cā
ſit ꝑſciētia.vtrū ſit cauſa neceſſitatis futuroꝝ: vel vtrū ne
ceſſitas futuroꝝ ſit cauſa ꝓuidentie.ſed nos nitamur.i. la
boremus hoc demonſtrare.ſ.neceſſariū eſſe euentū reꝝ ꝑ
ſcitarū quoquo mō.i.quocūqʒ modo ſe habeat ordo cāꝝ
Etſi ꝓ q̄ꝫuis.ꝑſcientia non videať inferre neceſſitatē eue
niendi rebꝰ futuris. Quod declarat in exēplo dicens. Si
aliquis ſedeat:neceſſe eſt opinionem eē verā q̄ cōiectat eū
ſedere.⁊ econuerſo ſi de aliquo vera ſit opinio quia ſedet
neceſſe eſt eū ſedere.igiť in vtroqʒ.ſ.in opinione ⁊ ſedente
eſt neceſſitas.in hoc.ſ.in ſedente eſt neceſſitas ſedendi.i al
tero.ſ.in opinione eſt neceſſitas veritatis:ſed non iccirco
quiſqʒ ſedet ſupple cauſaliter.qm̄ vera eſt opinio.quia ve
ritas opinionis non eſt cauſa ſeſſioniſ.ſed hec.ſ.opinio po
tius eſt vera.qm̄ preceſſit quēpiam.i.aliquem ſedere.⁊ ita
cum cauſa veritatis ex altera ꝑte procedat.tamē in vtroqʒ
eſt communis neceſſitas.et eodē mō contingit arguere de
ꝓuidētia et de his que prouidēter. vnde dicit.pʒ.i. māife
ſtū eſt.rōcinari de ꝓuidētia et de rebus futuris. Nam etſi
pro q̄ꝫuis iccirco prouidētur : quoniā futura ſunt. nō tamē
ideo eueniūt quoniā ꝓuidētur nihilominꝰ tamē neceſſe ē
a deo vel vētura prouideri: vel ꝓuiſa euenire.ita q̄ vtriqʒ
parti ineſt neceſſitas q̄ꝫuis alteriꝰ cauſalitas. quod ſolū ſa
tis eſt.i.ſufficit ad ꝑimendam libertatem arbitrii. ¶ No
tandū q̄ reſpōſio iſta quā innuit in literra videť fuiſſe ipſi
us Origenis.qui ſupra epiſtolā ad Ro.ſic dicit. Non ꝓ
pterea aliquid erit.qꝛ illud deus ſcit futurū:ſed qꝛ futurū
eſt ideo ſciť a deo anteq̄ꝫ fiat. Quod tamē poteſt intelligi
dupliciter. vno mō q̄ euentus rei ſit cauſa preſciētie ſm ra
tionem conſequētie.⁊ ſic reſpōſio eſt vera. Alio mō poteſt
intelligi q̄ euētus rei ſit cauſa preſcientie ſm exiſtētiā.⁊ ſic

eſt falſa.et hoc modo ĩprobat̃ hic a boetio. Primo ergo
oñdit boetius q̃ iſta rñſio non eſt ad ꝓpoſitũ.ſcd̃o oñdit
q̃ non includit veritatem ibi. Jam vero.

¶ Jam vͦ ꝙ̄ prepoſterũ eſt ut eterne preſcientie
temporalium rerum euentus cauſa eẽ dicatur.
Quid eſt autem aliud arbitrari.ideo deum futu
ra qm̃ ſunt euentura ꝓuidere:ꝙ̄ putare q̃ olim
acciderunt cauſam ſumme illius eſſe ꝓuidentie

¶ Jam vͦ. Hic pħia oñdit q̃ iſta reſpõſio includit falſita
tem.q: ponit q̃ aliquod temporale ſit cauſa eterni. dicũt
enim q̃ res future ſint cauſa ꝓuiſionis eterne vnde dicit.
Jam vͦ prepoſterum eſt.i.ꝑuerſum eſt.ut euentus rerũ
tempalium dicat̃ eſſe cauſa eterne p̃ſcientie.qd̃ dicitur in
iſta reſpõſione.vnde ſubdit.Quid eſt aliud arbitrari.deũ
ideo ꝓuidere futura qm̃ ſunt euẽtura.ꝙ̄ȝ putare que oliȝ
acciderunt.ſ.ipſa futura eſſe cauſaȝ ſumme prouidẽtie.q.
di.nihil eſt aliud dicere. ¶ Notandũ q̃ nullum tempale
eſt cauſa eterni ſed potius econuerſo. Indigni⁹ enim non
eſt cã dignioris.eo q̃ cauſa dignior eſt effectu.tempale ãt
indigni⁹ eſt eterno:ſic̃ corruptibile icorruptibili.ergo.ꝛc̃

¶ Ad hec ſicuti cum quid eſſe ſcio idipſuȝ eſſe ne
ceſſe eſt:ita cũ qd futurũ noui.idipſ̃ȝ futurũ eẽ ne
ceſſe ẽ:ſic fit igit̃ ut euẽt⁹ p̃ſcite rei neq̃at euitari.

¶ Ad hec ſicuti cũ quid eſſe ſcio. Hic ponit ſcd̃am reſpon-
ſionem ad probandũ ſcd̃am concluſioneȝ dicens. Ad hec
ſupple p̃dicta addenda eſt hec ratio.ſicuti cũ ſcio eſſe qd.
i.aliqd.neceſſe eſt idipſum eſſe:ita cũ noui quid futurum
neceſſe eſt idip̃m eſſe futuꝝ. ſic igitur fit.ideſt contingit.
ut euentus rei preſcite nequeat euitari. ¶ Notandũ q̃ ra
tio ſic p̃t formari.ſicut ſe habet ſcientia reſpectu ſcibilis
p̃ntis.ſic preſcientia reſpcetu effect⁹ futuri.ſȝ cũ ſcio i p̃nti
aliquid eſſe: neceſſe eſt ip̃m eſſe:ergo cum p̃ſcitur aliquid
futurũ eſſe.neceſſe ẽ ip̃m futurũ eẽ.ſed de⁹ preſcit oĩa fu-
tura.gͦ neceſſario euẽiũt:ꝛ ſic iteꝝ tollit̃ libtas arbitrii.

¶ Poſtremo ſi quid aliqs alioꝛſuȝ ꝙ̄ȝ ſe ſe res hȝ
exiſtimet:id non mõ ſciẽtia nõ eſt:ſed eſt opinio
fallax ab ſcie veritate lõge diuerſa. Quare ſi qd
ita futurum eſt ut eius certus ac neceſſarius non
ſit euentus:id euenturum eſſe preſciri qui pote-
rit. Sicut eniȝ ſcientia ipſa impermixta eſt falſi-
tati.ita id quod ab ea concipit̃ eſſe aliter ꝙ̄ conci
pitur nequit. Ea nãqȝ cauſa eſt cur mẽdacio ſci
entia careat.q̃ ſe ita rem quamqȝ habere neceſ-
ſe eſt:vti eã ſeſe habere ſcientia comprehendit:

¶ Poſtremo ſi qd aliquis. Hic ponit tertiã rõem ad idẽ
dicens. Si qs exiſtimet aliqd eſſe aliorſum.i.aliter ꝙ̄ȝ res
ſe habet.illud non modo.i.nõ tantũ non eſt ſcientia:ſed ẽ
fallax opinio longe diuerſa a veritate ſciẽtie.quare ſi ali
quid ita futurũ eſt.vt eius euẽtus non ſit certus ꝛ neceſſa
rius.quõ illd̃ poterit preſciri euentuꝝ.q.d.nullo mõ. Cu-
ius rõm aſſignat dicens. Sicut ipſa ſcientia eſt imp̃mixta
falſitati.ſic illud qd̃ concipit̃ ab ea non poteſt aliter eẽ ꝙ̄ȝ
concipit̃.q: ſi poſſet aliter ſe habere:tũc ſcientia poſſet eẽ
falſa.vñ ſubdit:iſta eſt cauſa quare ſcientia careat menda
cio.q: neceſſe eſt vnamquãqȝ rem ita ſe habere:ſicut ſciẽ
tia comprehendit eam ſeſe habere. ¶ Notanduȝ q̃ ratio
quam intendit eſt iſta. Quicũqȝ exiſtimat rem aliter eſſe
ꝙ̄ȝ eſt:eiuſ exiſtimatio eſt falſa ꝛ non eſt ſcientia:ſed fallax
opinio.ergo ſi deus preſcit aliquod futurũ eſſe.ꝛ ſi ipſuȝ
non neceſſario euẽit ſicut preſciuit preſcientia dei non erit
ſcientia ſed fallax opinio.ergo futura a deo preuiſa neceſ
ſario eueniunt .ꝛ ſic perit liberum arbitrium.

¶ Quid igitur. Quonammodo deus hec incer-
ta futura agnoſcit. Nam ſi ineuitabiliter euen-
tura cenſet que etiam non euenire poſſibile eſt:
fallitur.quod ſentire non modo nephas eſt:ſed
ẽt voce ꝓferre: At ſi ita vti ſũt:ita ea futura eẽ de
cernit:ut eq̃ vel fieri ea vl̃ ñ fieri poſſe cognoſcat
q̃ eſt hec preſcientia que nihil certum:nihil ſta-
bile cõprehendit:aut qd hoc refert vaticinio il-
lo ridiculo tireſie:qcquid dicã aut erit aut nõ.qd
ẽt diuia ꝓuidentia humana opiniõe preſtiterit:ſi
vti homies incerta iudicat quoꝝ ẽ incert⁹ euẽt⁹.

¶ Quid igitur. Hic pħia improbat modos quibus aliq ni
tunt̃ ſaluare prouidentiã.ꝛ p̃rio querit quõ poſſit ſaluari
prouidentia diuina.improbãdo duos modos qbus aliq
conabant̃ ip̃am ſaluare. Secundo ponit tertium modum
ſimiliter ip̃m improbãdo.ſecunda ibi. Nõ ſi apud. Pri
mo dicit. Quid igit̃ dicemus. quonãmõ dici p̃ot q̃ deus
prenoſcit hec futura incerta. Primus mod⁹ eſt.ut dicat̃
deũ ea q̃ prouidet iudicare ifallibiliter quãuis poſſint nõ
euenire.ſed id eſt incõueniens.q: tũc falleret̃ ſua ꝓuiden-
tia.vñ dicit. Naȝ ſi deus cenſet.i.iudicet euenire infallibi
liter q̃ etiam poſſibile eſt non euenire.fallit̃ ſup.deus.qd̃
nõ mõ.i.nõ tãtũ nephas ẽ ſentire de deo.ſed etiã nephas
eſt voce ꝓferre. Secũdus modus eſt ut dicat̃ deum pro
uidere futura indeterminate ſicut ſunt futura.ſed iſto mo
do ꝓuidentia dei non eſt certa vnde dicit. Si deus decer
nit iſta futura eſſe que prouident̃ indeterminate ſicut ſunt
vt.ſ.cognoſcat ea eque.i.equaliter poſſe fieri vel non fie
ri.q̃ eſt iſta p̃ſcia q̃ nihil certũ nihil ſtabile.ꝯp̃hẽdit.q.d.
talis prouidentia nulla eſt.ꝛ quid hec preſcientia refert.i.
differt ab illo vaticinio ridiculoſo. Tireſie.q dicebat.qc
qd dicã hoc erit vel non erit. Quid etiã.i.in quo diuia ꝓ
uidentia p̃ſtiterit.i.preualebit humana opinione.ſi iudi-
cat incerta ſicut homines ea quoꝝ euentus eſt incertus.
q.di.in nullo differt. ¶ Notandum q̃ cũ tireſia vidiſſet
duos ſerpentes.ſimul coire proiecto baculo ipſos ſepara
uit abinuicem ꝛ mutatus fuit in mulierez. Poſt ſeptimũ
iterum ſerpentes coeuntes baculo ſepauit.ꝛ mutatus fuit
in virum. Cum autem orta fuiſſet diſſenſio inter iouem et
iunonem an maior eſſet delectatio in coitu viri ꝙ̄ȝ mulie-
ris. Electus fuit tireſia in iudicem q expertus erat ſorteȝ
vtriuſqȝ ſexus. Cum autem diceret maiorẽ eẽ delectatio-
neȝ mulieris. Juno cõmota excecauit ipſum. Jupiter aũt
ſui miſertus in recõpenſam amiſſi viſus dedit ſibi ſpiritũ
vaticinandi.fuit autem hec ſua vaticinatio.quicqd dicaȝ
erit vel non erit. Si ergo deus nõ aliter p̃ſciret futura in-
determinata.niſi quia erunt vel non erunt non differt ſua
preſcientia a preſcientia tireſie quod eſt ridiculoſum.

¶ Nõ ſi apud illũ reꝝ oium certiſſimũ fõtẽ nihil
icerti eẽ poteſt certus eorum eſt euentus que fu-
tura firmiter ille p̃ſcierit. Quare nulla ẽ hũanis
conſiliis actionibuſqȝ libertas:quas diuina mẽs
ſine falſitatis errore cuncta ꝓſpiciẽs ad vnum al
ligat ꝛ conſtringit euentum.

¶ Nõ ſi apud illũ rerum. Hic ponit tertium modũ conãtiũ
ſaluare prouidentiã. Et eſt ut ponamus omnia euẽire de
neceſſitate et auferamus liberum arbitriuȝ Prio ergo po
nit iſtũ modũ.ſecũdo oſtendit que incõuenientia ſequãtur
ad ip̃m ibi. Quo ſemel. Prio ergo cõcludit iſtum modũ
dicẽs. Nõ ſi apud illum certiſſimum fõtẽ omniũ rerum
nihil p̃ot eſſe incerti.certus eſt euẽtus eorum que ipſe fir
miter preſciuerit futura.quare nulla erit libertas hũanis
cõſiliis ꝛ actiõibus. quas diuina mens ſine errore falſita
tis cuncta proſpiciens alligat et conſtringit ad vnũ euẽtũ
¶ Notandũ q̃ nulla mutatio cadit circa fontẽ omniũ rerũ
quia cognitio eius non poteſt eſſe incerta.etiam ſi eẽt icer
ta eſſet ip̃fecta ꝛ diminuta.ſi ergo eſt certa reſpectu futu-
rorum

roꝝ. neceſſe ē ut oīa futura ꝓſcita a deo neceſſario eueniāt.

¶ Quo ſemel recepto quantus occaſus humanarum rerum cōſequat̃ liquet. Fruſtra enim bōis maliſq; premia peneue opponuntur. que nullus meruit liber ac voluntarius motus animoruz: Idq; omnium videbit̃ iniquiſſimū qđ nūc equiſſimū iudicat̃: vel puniri improbos vel remunerari probos: quos ad alterutrum non propria mittit volūtas: ſed futuri cogat certa neceſſitas: nec vicia igit̃ nec virtutes quicquā fuerint. ſed oium meritoruz potius mixta atq; indiſcreta confuſio

¶ Quo ſemel recepto. Hic ponit incōueniētia que ſequuntur ſi auferat̃ liberū arbitriū. Et primo oſtendit q̄ incōuenientia ſequūtur ex pte hominū. ſecūdo que ex pte dei. tertio que ex parte ꝯiunctiōis hominū ad deū. ſcđa ibi. Quo nihil. tertia. ibi. Igitur nec ſperandi. Incōuenientia ex pte hominū ſunt. ſi non ſit liberum arbitrium fruſtra ꝓponūtur hominis pene vel premia. ⁊ iniuſte puniunt̃ mali et ꝓmiant̃ boni. nec erūt vicia nec virtutes in hominibus. ſicut nec in aliis que agunt neceſſitate nature ⁊ nō libertate animi. vnde dicit. Quo ſemel recepto. ideſt. poſito. ſ. ut neget̃ liberū arbitriū. liquet. i. manifeſtū eſt quantus occaſus. i. quanta deſtructio humanarum rerum cōſequat̃. fruſtra enim proponuntur bonis premia et malis pene. ita ſtatuta ⁊ leges humane erunt inutiles que penas ⁊ premia ſtatuūt que nullus motus animoꝝ liber ac voluntarius meruit ⁊ illud videbitur iniquiſſimū omniū qđ nūc iudicat̃ equiſſimū. ſ. puniri improboſ ⁊ remunerari probos. quos ad alterutrum. ideſt ad probitatē vel improbitatē nō mittit ꝓpria volūtas. ſʒ cogit certa neceſſitaſ futuri: igit̃ virtutes ⁊ vicia non fuerit quicq̄ȝ. ſed potius erit mixta et indiſcreta confuſio oim meritorū. ſcʒ bonorū ⁊ maloꝝ. ¶ Nota q; omnes virtutes ⁊ vicia oriūtur ex libera electione boni ⁊ mali. ⁊ ſimilliter punitio et remuneratio fiunt ꝑꝑ liberam actionē boni vel mali. Si ergo tollit̃ libertas arbritrii nō erit libera electio. nec libera actio bona vel mala: ⁊ ꝑ cōſequēs nulla erit virtus ⁊ nullū viciū. ⁊ iniuſte malꝰ punietur cū ex neceſſitate malū operet̃ et iniuſte bonus premiabit̃ cū ex neceſſitate oꝑet̃ bonū qđ eſt abſurduz dicere

¶ Quoq; nihil ſceleratius excogitari poteſt. cum ex prouidentia reruz ois ordo ducatur: nihilq; liceat conſiliis humanis: fit ut vicia queq; noſtra ad bonorum oim referantur auctorem.

¶ Quoq; nihil ſceleratius. Hic oſtendit incōueniens qđ ſequit̃ ex parte dei ſcʒ q; deꝰ erit auctor malorū. vñ dicit. Cum ois ordo rerum ducat̃ ex prouidētia diuia. ⁊ ſi nihil liceat libere fieri ex hūanis ꝯſiliis. fit. i. ſequit̃ vt vicia noſtra referant̃ ad auctorē omniū. ſup. deū quo nihil ſceleratius excogitari poteſt. q̄ȝ deū dicere auctorē maloꝝ qđ tamen neceſſarium eſt ablata libertate. ¶ Notandū q; defectus in operatione qui defectus nō ē in poteſtate rei ut euitetur neceſſario eſt ab agente ⁊ a producēte. Si ergo actio volūtatis noſtre non eſt libera: defectus actiōis ſm voluntatem reducet̃ in deum ⁊ ſic deus erit cauſa defectuū noſtrorum quod eſt abſurdum.

¶ Igit̃ nec ſperandi aliquid nec deprecandi vlla ratio eſt. Quid enim vel ſperet quiſq; vel etiam deprecet̃ quando optanda oia indeflexa ſeries cōnectit. auferet̃ igit̃ vnicū illū inter homines deūq; cōmertiū: ſperandi. ſ. ⁊ deprecandi. Siquidē iuſte humilitatis precio ineſtimabilem vicē diuine gratie promeremur. qui ſolus modꝰ eſt: quo cuʒ deo colloq̄ homines poſſe videātur: illiq; iacceſſe luci prius quoq; q̄ȝ impetrent ipſa ſupplicādi ratione coniungi. que ſi recepta futuroꝝ neceſſitate nihil viriuz habere credātur: quid erit quo ſummo illi rerum principi cōnecti atq; adherere poſſimus: Quare neceſſe erit humanū genus vti pauloante cantabas diſſeptuʒ atq; diſiunctū ſuo fonte fatiſcere.

¶ Igit̃ nec ſperandi. aliqđ. Hic ponit incōuenientia que ſequntur ex cōiunctione hominis ad deum. q; tolleret̃ actꝰ deprecandi ⁊ actus ſperādi: quibꝰ maxie cōiungimur deo vnde dicit. Igit̃ ſi tollit̃ liberū arbitrium: nec vlla ratio ē ſperandi aliqđ nec deprecandi inter deū ut hoies. Quid enim quiſq; deꝑcetur vel ſperet. ſi ſerieſ indeflexa cōnectit omnia optanda. q. d. fruſtra fieret vtrūq;. igit̃ auferet̃ illud vnicū cōmertium. ſ. ſperandi ⁊ deꝑcādi inter deum et homies. vocat autem ſpem ⁊ deprecationē cōmertium. q; iſtis mercamur omnia beneficia. vnde ſubdit. ſiquidem ꝓcio iuſte humilitatis nos homies promeremur ineſtimabilem. vicem. i. retributionem diuine gratie qui modꝰ deprecandi ſolus eſt quo homines videant̃ poſſe colloq̄ cū deo ⁊ cōiungi inacceſſe. i. inacceſſibili luci ſub. deo priuſq̄ȝ homines impetrent quod petūt. prius enim ꝓces porrigimꝰ q̄ȝ effectum petitionis cōſequamur. que. ſ. ſpes et deꝑcatio. ſi nihil credantur habere virium. recepta. i. cōceſſa neceſſitate futuroꝝ. qđ erit quo cōiungi poſſimꝰ illi ſummo principio rerū. q. d. nihil. q̄re neceſſe erit genus humanū diſſeptū. i. diſiunctū ſuo fonte. i. a ſuo principio ſupple a deo fatiſcere. i. deficere. vti pauloante cantabas in ſexto metro quarti libri. ¶ Notandū q; actus deprecandi ſpectat ad intellectū. ⁊ ē oratio ſm Jo. dama. aſcenſus intellectus ad deū vel in deū. quo quidē actu inſinuamus deo indigentiam noſtram: nō q; deo ꝑ inſinuationem noſtrā aliqđ innoteſcat qđ priꝰ ignorauerit. ſʒ ut nos ipſa inſinuatione vtendo conſideremus in hiſ eē recurrēdū ad diuinū auxilium. Actus autem ſperandi pertinet ad voluntatem quia eiꝰ obiectū eſt bonū futurum. ꝑ iſtum actum adheremus deo tanq̄ȝ perfecto principio bonitatis: innitētes eiꝰ auxilio ad conſequēdū bonū quo indigemus. ſed ſi huiuſmōi bonum neceſſario eueniret uel impoſſibile eſſet euēire vterq; actus tā deprecandi quā ſperandi eſſet inutilis.

¶ Metrum tertium libri quinti.

Que nam diſcors federa rerum
q Cauſa reſoluit: quis tanta deus
Et dicit Boetius. ℂ O marciane ⁊ in hoc beniuolentiam captat ipſum proprio nominando nomine. veſtra intentio nouit poſtulare ideſt petere tractatum compendioſum. i. breuē ⁊ vtilem ⁊ hoc ad differentiam diſpendii dictum ē quod prolixum ⁊ inutile cenſetur. Hortaturq; in hoc auditorem ad docilitatem ex doctrine compēdio de ſcholarium diſciplina. ideſt diſcendi norma ⁊ in hoc auditorem attētū reddit ex doctrīe vtilitate. Et ſic ī hac pte pria tria facit beniuolentiam captat. ad docilitatem hortatur. atq; attentionem auditorum ſuſcitat. ⁊ ſequitur. O vtinam ſubaudi illud poſtularetur a paruitate mei ſpiritus ideſt ingenii. deuitat enim in hoc arrogantiā. Tunc Boetius ſcribendi onus acceptās dicit. Paruitate mei ingenii non obſtante ego Boetius tentabo acquieſcere. ideſt cōdeſcēdere amicis. ideſt amicabilibus tuis petitionib⁹. ⁊ hoc ꝓut ideſt inquantum facultas. ideſt ſapientia mea. ſuppetit ideſt ſubminiſtrat ⁊ inq̄tum decliuitas. ideſt debilitas ingenii mei. q; pro ⁊. tenacitas ideſt duricies vel compaſſio erumnarum mearum ideſt calamitatum mearum ſubaudi ſuppetunt. lʒ pro q̄uis ſim impeditus ſubaudi ſic vt id haud facile efficere poſſiʒ duplici genere ideſt manerie commentorum hoc eſt quorundam librorum expoſitorū tamen non omnino ideſt penitus diuerſorum commentorum dico in quaſdam editiones ideſt compilationes Ariſtotelis illius peripatetici ⁊ aliorum philoſophorum eas ſubaudi exponendo ac quaſdam e greco in latinuʒ tranſferendo. q; pro ⁊ lʒ ſim attenuatus. ideſt viribus exhauſtus proprio ſtudio vt ſic vir promiſſis vacare poſſim: ⁊ lʒ ſiʒ corroſus. i. attenuatus. ⁊ tranſumptiue loquitur. nam corrodere proprie eſt dentibus dilaniare. cruciatu. ideſt tormēto inhumani ideſt crudelis regis gottorum ſcilicet theodorici. ⁊ hoc philoſophico cōſolatu. ideſt libro queʒ de ꝯſolatione philoſophie ediderat perueniente. q; pro ⁊ lʒ ſim permolitus. ideſt attenuatus extrema. ideſt ſumma perſpicatione. ideſt ſubtilitate trinitatis. profunde. ideſt alte quo ad intelligendum. quaſi dicat licet omnibus his ſupra vires īpediar nihilomin⁹ qm̄ tāta vis ē inter nos amicitie vt nihil tuarū petitionum tibi negare queā propterea tuis petitionibus acquieſcere tentabo. ℂ Notādū Boetius librum ſuum nominat de ſcholarium diſciplina. vnde inter diſciplinam ⁊ facultatem hoc intereſt quoniam diſciplina a diſcendo dicitur quod ſcientiam recipere ſonat: quare diſciplina in diſcipulo eſt. doctrina vō in magiſtro. facultas autem eſt ſcientia vel profeſſio in vtroq;. diſciplina ⁊ doctrina in motu ſunt facultas in qete. ℂ Notanduʒ circa h̄ qđ dicit licet duplici cōmentorum. Boetius intelligens homines nedū ſibiipſis fore natos ſed amicis ⁊ patrie atq; communi omnium vtilitati. ſic nempe diuinus ille Plato architam tharentinum monuit vt non ſolum ſibi natum ſe memineret ſed patrie ⁊ ſuis vt perexigua pars ſibi relinquatur. quod proſpiciens Boetius vt poſteris memoriale quoddam eternum poſt ſe relinqueret: nunc in philoſophorum libris exponendis. nunc in grecis codicibus vt latine nobis coram loquerentur tranſferendis. nunc etiam in propriorum traditione dies nocteſq; expleuit qua in re tāto niſu tanta q; lucubratione indies tenebatur vt materiam ſue criminationi daret. Dum enim ſtudio atq; exponendorum librorum commentariis reliquiſq; omnibus que ad hec attinent ſedulo vacaret: moris ſui extitit vt hominum conſortia fugeret atq; in bibliothecam quā domi pbſe conſtituerat refertiſſimam ſe reciperet. quas ob res morum ſuorū emuli ipʒ demonibus alloquentem falſo criminabantur ad inſtar magni Socratis. de quo ⁊ Apuleius impune opinatus eſt q; familiarem deum haberet ſibi obſequētē de quo ⁊ librum eddidit queʒ de deo Socratis intitulauit a qua criminatione ſe excuſans Boetius libro primo de conſolatione proſa quarta philoſophiam ita alloquitur. Atqui ⁊ tu inſita nobis omnium rerum mortalium cupidinem de noſtri animi ſede pellebas ⁊ ſub tuis oculis ſacrilegio phas locum eſſe non erat. inſtillabas eniʒ aurib⁹ cogitationibuſq; quotidie meis pictagoricum illud. deo non diis ſeruiendum nec conueniebat viliſſimorum me preſidia ſpirituum captare queʒ tu in hanc excellentiam componebas vt conſimilē deo faceres. hec ille. ℂ Notandum ingenium eſt interior vis animi quo ſepe inuenim⁹ que ab aliis non didicimus dictum quaſi intus genitum ſcilicet a natura. ℂ Nota erūna. i. miſeria inopia calamitas. Et dicitur ab e. ⁊ rumen quaſi extra rumen. i. cibum inde erūnoſus. Item commentum eſt plurium ſtudio vel doctrina in mente habitorum in vnum collectio ⁊ ſm hoc quilibet liber poteſt dici cōmentum: ſed in noſtro vſu cōmentum dicitur liber expoſitorius. ſ. qui deſeruit expoſitioni ſentētie alicuius libri ⁊ non conſtructioni littere ⁊ ſʒ hoc poteſt ſic diffiniri. Cōmentum eſt expoſitio verborū iuncturam non conſiderans ſed ſenſum.

**ℂ Quid enim in gymnaſiorū exercitu lucidius q̄ in artificiali ⁊ naturali ꝓgreſſiōe debita cognitō ⁊ q̄ virium intelligētie gradualis exhibitio. Eloquentie enim partes decenti artificialium ⁊ naturalium proceſſu ⁊ perſpicua intelligentie comprehenſione nouimus ſtabiliri.**

ℂ Quid enim in gymnaſiorum. In hac parte. Boetius aſſignat cauſam intentionis ſue atq; ſuſcepti operis. primo enim dicit q; non obſtantibus impedimentis tum ſtudiorum atq; erūnarum multimodis. ſe velle iniunctuʒ onus aggredi. poſſet quis huiuſmodi cauſaʒ ſciſcitari cui vt ſatiſfaciat cauſaʒ reddit. Et duo facit nā primo cāʒ ſue intētionis atq; ſuſcepti operis explicat. ſcđo cauſam ipſaʒ cōfirmat. ſecūda ibi eloquentie enim. Dicit ergo primo antipophoriʒando iſto modo. quid eniʒ pro certe. eſt lucidius ideſt ſplendidius qua propter ⁊ vtilius in exercitu. i. exercitatione gynnaſior. i. ſtudiorum ⁊ tranſſumptiue loquitur q̄ʒ debita cognitio in ipſo diſcipulo ſciētiis doctrinis erudiendo in progreſſione. i. profectu artificiali. ⁊ hoc quo ad artes ⁊ doctrinas. ⁊ naturali hoc quo ad mores ſtudio cōformandos. Aliter etiam exponitur vt ad duplicem ordinem iſta referantur. ſ. ad ordinem doctrine quo a cōmunioribus ad ſpecialiora procedatur ſm quē dictum eſt primo phiſicor: Innata nobis via eſt ꝓcedēdi a cōmuniorib⁹ ad ſpecialiora ⁊ ideo dicit artificialium. quod autem ſubiūxit naturalium quo ad ordinem nature dicit quo a ſpecialioribus ad vniuerſaliora fit ꝓceſſus. ea enim que nobis ignotiora ſunt nature notiſſima eſſe dicuntur. quo fit vt ſecūdo methaphiſice dicitur. Sicut ſe habet oculus nicticoracis ad ſolis lumen ſic ſe habet intellect⁹ noſter ad ea que manifeſtiſſima ſūt nāe. Deide ſeqt̄ in textu. ⁊ inſup qđ eſt lucidius in ipſo magiſtrāte q̄ʒ exhibitio. i. ſubminiſtratio gradualis. i. bene ordinata. virium intelligentie. ſ. doctrinarum quaſi diceret nihil. Et huius rōnem ſubiungēs inquit enim pro quia ſupple nos. Boetius nouimus ſtabiliri. i. firmari partes eloquentie ī proceſſu. i. ordine atq; mō debito naturalium ⁊ artificialium. ſimiliter etiam in comprehenſione perſpicua. i. ſubtili intelligentia doctrinarū ℂ Notandum q; intentio Boetii fuit ruditati erudiendor obuiare atq; eos ab ignorantie nebulis ad apicē ſcientiarū trāſducere. Uerū q; moduſ ordo atq; regla in h̄ potiſſima fore noſcuntur iuxta illud. Eſt ordo ſumma lime ſapientis in arte. ⁊ item Oratius eſt mod⁹ in rebus ſunt certi deniq; fines. Ultra quos citra que neſcit conſiſtere rectum. ideo Boetius opus hoc ſcribendum aſſumpſit in quo modum atq; ordinem tradit quo quiſq; faciliter in culmen ſcientiarum eleuatur ibiq; conſtitutus ſplendidus celebris atq; glorioſus ſtabilitur. ℂ Notandum gymnas gymnadis pugna vel luta dicitur. Et dicitur a gymnos. i. nudus. quia nudi talibus in ludis ſueuerūt exerceri. inde hoc gymnaſium locus in quo talia quondam fiebāt ⁊ hinc facta tranſumptione ſtudium ſcholarium atq; magiſtro

rum

ſium gymnas dicitur atqꝫ locus ſtudii gymnaſium ⁊ quan doqꝫ ipſum ſtudium dicitur vt ī pꝛopoſito. quia ſicut oī paleſtra coꝛpus ſic ī ſtudio animus exercetur. ⁊ inde accidit ut omnium pene artium exercitium vel locus exercitii gymnaſium dicatur vt ſchola. ⁊ vt quidam dicunt gymnaſium grece latine exercitium dicitur. Notandum inter intellectum intelligentiam atqꝫ intelligibilitatem hoc intereſt. Nam intellectus pꝛopꝛie vis anime eſt compꝛehenſiua incoꝛpoꝛearum ſubſtantiarum foꝛmis ſubtractarum vel foꝛmarum circa eas. Intelligentia vero vis eſt anime q̄ aſpirat vt aliquid circa diuinam ſubſtantiam compꝛehendat. Intelligibilitas vero vis quedam eſt anime omnium foꝛmarum in quadam ſimplicitate complicatiua abſqꝫ oꝛdine naturali vel tempoꝛali ⁊ tali modo ſolus deus com pꝛehendit res quia eas omnes vno intuitu abſqꝫ ſucceſſione dicitur compꝛehendere.

¶ In pꝛimis ergo pꝛima. ſ. pueroꝛuꝫ oblectamēta ſunt pꝛelibāda. Secūdo videlicet qualꝛ adultoꝛum elatio magiſtratui ſubiicienda ſit ⁊ diſcipline connectanda. Tertio de eoꝛum elatione repꝛimenda exemploꝛum cōmēdatione diſtincte exponendo. Quarto de ſcholarium ſagaci pꝛouiſiōe eoꝛumqꝫ graduali ſtatione. Quinto q̄liter ſcholarium venerabilis ac ſincera deuotio ad magiſterium pꝛoferenda ſit. Sexto de magiſtrantium noꝛma trinaqꝫ diuiſione ſtatuqꝫ erga ſubditos modoqꝫ docendi pꝛecognito

¶ In pꝛimis ⁊c̄. Hec eſt ſecunda pars pꝛincipalis. huius pꝛohemii in qua poſtq̄ꝫ intentionem ſuaꝫ atqꝫ intentionis ſue cauſam explicuit. nunc oꝛdinem ſuſcepti operis ⁊ quicquid in toto libꝛi pꝛoceſſu peragendum ſit luculenter inſinuat Et diuidit̄ hec pars in ſex partes. In pꝛima mōſtrat quid in pꝛimo capitulo pertractandum ſit. In ſecunda q̄d in ſecundo ⁊ ſic de ſingulis. ſecūda ibi. ſecūdo vꝫ. tertia ibi tertio de eoꝛum. quarta ibi. quarto de ſcholariuꝫ. q̄nta ibi q̄nto qualiter. ſexta ibi. ſexto de magiſtrātium. ⁊c̄. Et dicit q̄ in pꝛimis. i. in pꝛimo cap̄lo oblectamina alias ē oblectamenta. i. documenta leuia pueroꝝ ſunt pꝛelibanda. i. p̄tractanda vel p̄mittenda. Et rōnem huius ponit Albertꝰ ſuper illo pꝛimi libꝛi phiſicoꝛum cum dicitur q̄ pueri pꝛimo appellāt omneſ viros patreſ ⁊c̄. q̄m ipſi pueri cerebꝛū hn̄t humidum ac frigidum ſic q̄ rerum ſenſibilium differentias minime capere poſſunt. ſed cum cerebꝛum in eis magis exſiccatur tunc in eis cognitio magis erit nota q̄re a facilioꝛibus ⁊ cōioꝛibus inchoandum erit oꝛdine ipſo doctrine ⁊ tranſeundum ad difficilioꝛa ⁊ ad ſpecialioꝛa. hec enim via nobis innata eſt pꝛimo phiſicoꝝ ſecundo vero videbit̄ hoc eſt in ſcd̄o cp̄lo qualiter elatio. i. ſupbia adultoꝛum id eſt etate iam maturoꝛum eſt ſubiicienda. i. ſuppo nenda magiſtratui ⁊ cōnectenda. i. coniungenda diſcipline. Elatio nempe atqꝫ ſuperbia diſcipulum nullo modo ſtudere permittit: cum ſapiens dicat. In maliuolam aīam non introibit ſpiritus ſapientie. ⁊ hic in tertio capitulo docetur de repꝛimenda. i. coꝛrigenda elatione eorū. ſ. adultoꝛum ⁊ hoc exponendo diſtincte. i. ſuccinte cōmendatione exemploꝛum ad pꝛopoſitum compꝛobandum. quarto aūt cap̄lo ſupple tractabitur de ſagaci. i. pꝛouida pꝛouiſione. ſ. rerum exterioꝛum ſine quibus difficulter philoſophari contingit pp̄ quod ⁊ ſacerdotes in egypto vt. Ariſto. in methaphiſicis teſtatus eſt acquiſitis rebus neceſſariis p̄pter admirari pꝛimo inceperunt philoſophari. Quinto ſupple capitulo determinabitur qualiter venerabiliſ. i. honorabilis ac ſincera. i. pura. deuotio. i. itentio ſcholariuꝫ eſt pꝛeferēda. i. exhibenda vel offerenda ad magiſterium. Sexto. i. vi. capitulo tractabitur de noꝛma magiſtrantiū q̄ꝫ pꝛo ⁊. trina diuiſione. i. partitione magiſtroꝛum. q̄ꝫ pꝛo ⁊. de ſtatu ipſoꝛum circa ſubditos. ⁊ hoc p̄cognito. i. p̄ſcito modo docendi. i. infoꝛmandi. ¶ Nota ſagax omnis generis idem eſt quod ingenioſus pꝛouidus aſtutus ⁊ pꝛeſcitus futuroꝛum. inde ſagacitas. Item ſincerus ſincera ſincerum vel ſinceris in eodem ſenſu. i. ſine cera. ſ. purus cōſtans mundus ſine vitio vel labe ⁊ pꝛoducit e. vnde Oratius in ep̄lis in fine ſecunde epiſtole. Sinceruꝫ niſi ſit vas quodcunqꝫ infundis aceſcit. Item Uirgilius in moꝛeto. ſubcidit ſincera foꝛaminibuſqꝫ liq̄t. emūdata ceres ⁊ cetera

¶ Hec autem ad intelligentie cognitionem ſuſcepimus peragenda pꝛiſtinum modū tractandi fere omittentes: nunquā leuioꝛi ſtilo peruſi: q̄m in maioꝛi parte pꝛo rudibus infoꝛmandis eſt executio ⁊ tanto leuioꝛ dilucidandi debet eſſe trāſlatio

¶ Hec autem ad intelligentie cognitionem. Hec eſt tertia pars pꝛincipalis. huius pꝛohemii in qua Boetius modū p̄cedendi in hoc libꝛo p̄mittit. Et diuiditur ī duas parteſ In pꝛima facit quod dcm̄ eſt. In ſecunda cauſam dicti aſſignat ſecunda ibi. Q̄m in maioꝛi ⁊c̄. Et dicit ſic. autem pꝛo certo nos Boetius ſuſcepimꝰ hec ſupꝛadicta. peragēda. i. perficienda ad cōmendationem intelligentie. nos in quam omittentes fere. i. totaliter modum pꝛiſtinum. i. per nos obſeruari ſolitum. tractandi. i. ſcribendi. nūq̄ꝫ. i. nullo tp̄e. peruſi leuioꝛi. i. planioꝛi ſtilo. i. modo ſcribendi. q̄m ⁊ hic cauſam dicti aſſignat. q̄ꝛ executio ſubaudi pꝛeſentis operis pꝛo maioꝛi parte eſt pꝛo rudibus. i. indoctis. infoꝛmandis. i. inſtruendis quo calle ad ſcientiarum apiceꝫ valeant pertingere. ſubaudi eapꝛopter hec tranſlatio alia littera habet tranſactio dilucidandi. i. declarandi hanc ſemitam atqꝫ callem erit tanto leuioꝛ. i. planioꝛ. ¶ Notandum in littera cōmittit̄ coloꝛ rhetoꝛicus qui vocat̄ lepos Et eſt ad aliquam ſingulareꝫ perſonam per verbum pluralis numeri cauſa honoꝛis vel oꝛnatus facta locutio: vt Cicero ſcribit. nos Boecius ſuſcepimuſ hec peragenda

¶ Finit pꝛohemium.

¶ Sequitur tractatus. Cap̄lm. i.

Cum aūt indiſcreti ⁊ impotentis ſeptennis infātia ducitur ad imbuendum: cauendum eſt: ne membꝛoꝛum indecens ſit diſpoſitio vt pote integraliuꝫ: et aeris intemperies vtpote cōſtringentis hyemiſ obtuſitas: ⁊ comburentis eſtatis pꝛofunditas periculi generet incrementum.

Cum indiſcreti ⁊c̄. finito p̄hemio conſequenē incipit tractatus. In quo ea que in p̄hemio pagēda pꝛomiſerat: nūc oꝛdinate exequit̄. Et diuidit̄ totuſ tractatꝰ in. vi. cap̄la. in quoꝝ pꝛimo oſidit q̄ manerie rudes atqꝫ indiſcreti ad diſcendum introducant̄ In ſecundo quō ſcholares ipſi magiſtratui ſubiicient̄. In tertio quō elatoꝝ ſuperbia cōpeſcat̄. In quarto. q̄liter ſcholaribus ipſis per reſ exterioꝛes quaꝝ foꝛtuna eſt dn̄a ſagaciter pꝛouideat̄. In quinto qualiter ſcholarium ſincera deuotio ad magiſterii celſitudinem ſubuehat̄. In ſexto magiſtrantium noꝛma plenius edocet̄. ſcd̄m ibi. Uiſis aūt ſcolarium rudimentis. tertiuꝫ ibi. Cum aūt diſcipulus. quartum ibi Oia ſiquidē. quintū ibi. Cū ad magiſtratus. ſextū ibi. Expeditiſ aūt his. ⁊ hec totius tractatus cōpetentioꝛ cenſet̄ foꝛe diuiſio. Conſtat enim Boetiū ip̄m in pꝛohemio hoc oꝛdine diuiſiſſe q̄uiſ pleriqꝫ exiſtant qui totalem ipſum libꝛum tribus partibꝰ arbitrentur partiendū Capitulum autē pꝛimum quod ē de pꝛimeua rudium atqꝫ indiſcretoꝝ introductiōe ī duas partes diuiditur. In quaruꝫ p̄ma de his q̄ circa exterioꝛa introducenda videlicet circa coꝛpus atqꝫ coꝛpoꝛi adiacentia attendūtur tractatur. In ſecūda vero de his q̄ circa aīm atqꝫ animum exoꝛnantia ⁊ fouentia vt ſunt doctrie ⁊ ſciē

tīe edocetur. ſecunda ibi. In primis igiť. ¶Prima harum
adhuc in duas. In ¶Prima determinatur de his que cir
ca corpus introducendum attendenda ſūt priuſq̄ꝫ doctri
ne mancipetur. In ſecunda que circa corpus ipſius atten
denda ſunt pertractatur poſtquā doctrine nouiter manci-
patus exiſtit. ſecunda ibi. Cibariorum autem. ¶Prima q̄
rum adhuc in duas. In prima facit quod dcm̄ eſt. ſecun
da hoc ipſum exemplis confirmat. ſecunda ibi. Legitur.
¶Prima harum iterum in duas. nam primo declarat illa
que circa corporis introducendi membra cauenda ſunt.
ſecundo que circa introductiōis tp̄s. ſecunda ibi. Et ne tē
poris intemperies. Dicit ergo Boetius primo ꝙ cum in
fantia. i. pueritia ſeptennis. i. ſeptem annorum ⁊ hac eta
te infantia finiť ac pueritia incipit. indiſcreti. i. indocti ⁊ i-
potentis ſubaudi virium corporis. duciť ad imbuendum
. i. erudiendum. cauendum. i. ꝓſpiciendum eſt ne diſpoſi-
tio ſubaudi naturalis membroꝝ ſupple corporis infanti
lis integralium. i. integrantium vt pote manuum ⁊ pedū.
ſimiliter ⁊ aliorum membrorum ſit indecens. i. incompo
ſita imperfecta diſproportionata aut naturalia turpis. ⁊
ſubaudi cauendum eſt cum indiſcretus ille ad imbuendū
ducitur ne intemperies. i. diſproportio ratione qualitatū
dominantiū temporis vt pote ſicut obtuſitas. i. duricieſ
hyemis conſtringentis propter exceſſiuum frigus cuius
natura eſt ꝯſtringere in homogeniis. vel profunditas. i.
exceſſus eſtatis comburentis pp caloris excellentiam ge
neret incrementum. ideſt augmentum periculi ſubaudi ip
ſi introducendo. hec enim ipſa niſi cautius ꝓuideanť ma
gna quidem incrementa ꝑiculi puerili adducunt tenerita
ti. ¶Notandum in hoc ꝙ dicit Boetius ſeptennis infan
tia. ⁊c̄. intelligere facit pueros ipſos i infantia litteris māci
pandos. Etas ipa ad hoc apta tunc eſt qm̄ parum adhuc
viderit: quare omnia ſibi noua. nouarumq̄ꝫ rerum aui
da. ⁊ quicquid audiat admireť dubitet ac interroget. ſicq̄ꝫ
poſt hac mentis ſumpto robore quod noua teſta ceperat
retineat firmius clariuſq̄ꝫ itelligat. hac nempe etate vt tā
git Quintilianus lib. primo inſtitutionum quicqd conci
pitur facilius radicať. Vn̄ varro in ſententiis. Sapiunt
vaſa quicqd prius acceperunt. ſic inquit eſt de infantibus
⁊ Auguſtinus libro confeſſionum primo de ſeipſo lamen
tabiliter fatetur iuuentutem ludis ⁊ non ſtudiis ſemper ex
poſuiſſe. in ſcholas inquit datus ſum ut litteras diſcerez
in quibus quid vtilitatis eſſet ignorabam miſer: ſed lude-
re delectabar. Et eſt infantia ipſa prima etatum hominiſ
que ſeptennio durat a quo incohans pueritia quaſi pura
ad gignēdum minime apta in quattuordecimum excurrit
annum a quo adoleſcentia adulta ad gignēdū apta que i
viceſimumoctauū prorogatur annum. a quo iuuentus in
cipit vſq̄ꝫ in quinquageſimum annū ꝓtenſa: ⁊ ab hoc ſe-
nioris etas quam greci p̄ſbytem vocant ſumēs originē in
ſenectam hoc eſt ſeptuageſimū annum progrediť q̄ nullo
annoꝝ numero perficiť ſed p⁹ q̄nq̄ꝫ illas etates q̄ꝫtūcū
q̄ꝫ vite ſupereſt ipſi in labore atq̄ꝫ dolore deputatur.
¶. Notantum ꝙ Boetius dicit ſummopere cauendum ne
litteris imbuendus membrorum diſproportiōez habeat.
hec enim membrorum inepta monſtruoſitas mōſtrum in
anima iudicare neceſſe eſt vti ¶Philemon. ¶Palemō. Lo
xus. Ariſtoteles ⁊ alii multi plurimi retulerūt. qm̄ anime
ipſe ſequuntur corpora ⁊ ſecundum ſe non ſunt impaſſibi
les a corporum motibus: ⁊ hoc manifeſtum fit valde in
ebrietatibus ⁊ egritudinibus. multum nāq̄ꝫ anime muta
te videntur a paſſionibus corporeis ex quo ⁊ illud vulga
re ſumpſit exordiū. Rusticus in corpore ruſticus ⁊ in ani
ma. Cum enim membrorum figura ⁊ habitudo. ⁊ generē
tur ⁊ nutrianť ex ſanguie. Similiter quoq̄ꝫ ⁊ ſpiritus qui
vehicula ſunt virtutū aie ex hūore ſanguinis generantur.
ꝯn̄s eſt vt ex ipſa membroꝝ habitudine inclinatiōes paſ
ſionum cognoſcantur ipſamq̄ꝫ animam vectam in multis
motum ſui vectoris ſequatur. pp quod ſapiens ptolome⁹
dixit ꝙ diuinās melius ⁊ verius pronunciat accipiens iu

dicium a ſtellis ſecundis ſecūdas vocās ſtellas figuras ⁊ ac
cidentia inuēta in rebus phiſicis que a ſuꝑioribus impreſ
ſa ſunt. hoc enim iam impreſſum ſcimus materie qua-
re pro certo ꝓnunciamus totum ad accidentia illa eſſe in
clinatum: quo fit vt molles quidem carne aptos mente
dicimus diſtortumq̄ꝫ vultum ſequiť diſtortia morum.
¶Notandum circa hoc ꝙ dicit. Et ne temporis intempe
ries ⁊c̄. ſicuti docet Auicenna ſecunda fen. primi canonis
capitulo quarto ſūme prime qđ eſt de iudiciis temporum
⁊ coꝝ mutationibus omne tempus qui complexionem hꝫ
ſanā ꝓportiōale ē ei ꝯueniēs. cū autē infantiū complexio
calore fere temperato ⁊ humiditate fere ſuperflua exiſtat
vt eodem canone fen. i. doctrine prime. caplo. z. cōueniť
eſt vt ipo imbuendo ꝓportionale tempus ſue eligatur na
ture. Ħ aūt inter quattuor anni tempora ver eſt a puncto
equinoctiali incipiens vſq̄ꝫquo in mediū thauri deueniēs
eſtate mutetur. Eſt enim in terris tempus hoc temperati⁹
qm̄ non tm̄ neceſſe ſunt res calefaciētes pp frigus vt ſit in
de multum curandum neq̄ꝫ euentatio pp calorez. ⁊ in ipo
quidem eſt principiuꝫ frondēdi arbores ⁊ eius tempus eſt
tempus apud medicos inter equalitatem vernalem exiſs
aut ante ipſam aut poſt ipſam parum donec ſol ſit in me
dio thauri q̄ꝫuis apud aſtronomos in eſtiuum tropicum
prorſus extendať poſt qđ tempus temperiei vicinus Au-
tūnus ē. reliqua autez duo tempora aut exceſſiuo frigore
aut habūdanti calore intemperiei ſunt ſubiecta. quo fit
vt imbecillis infantia aut vere aut autūno plus tamen ve
re litteris dūtaxat mancipetur.

¶Legiť eni thimothei filium lepra icumbente ca
ſtratum loripedem gibbo tumentē doctrine mā
cipatum plebeiam extitiſſe abiectionem ſuorūq̄ꝫ
ſociorum detractionem ridiculoſam. Similiter
pretoris ſuburbani filium canicula inſtigante lit
teris vidimus mancipatū. Cū autem ſolita non
gauderet vmbrella propria virtute deſtitut⁹ hi
etericie pena ꝑmollitus vitalibus tādē ſpiritib⁹
attenuatus limphatico morbo occubuit. Ecce
quantum difficultatis membrorum indecens in
diſpoſitio ⁊ aeris intemperies teneritati puerili
contulerunt.

¶Legitur enim timothei filium. In hac parte Boeti⁹ ſu-
pradicta exemplo corroborat. qualiter ſcꝫ minima ſuꝑio
rum obſeruatio magni periculi dederat incrementū. Et
diuiditur in duas partes ſm̄ ꝙ ponit duo exēpla. In pri
ma enim ponit exemplum quo ad corporis membra. In
ſcđa v̄o quo ad temporis intemperiem euitandam. Et ſe
cūda pars incipit ibi. Similr̄ pectoris. Et dicit ſic enim
pro certe legiť ſupple in exemplo filium thimothei caſtra
tū. i. teſticulis exutū. ⁊ hoc incumbente. i. imīnēte lepra il-
lo morbo. loripedem. i. claudum vel pede tortum. q̄ꝫ ꝓ ⁊.
tumētē gibbo. i. ſtruma in dorſo. mācipatū. i. traditū do
ctrine extitiſſe abiectionem. i. deſpectionē plebeiam. i. ple
bis: q̄ꝫ ꝓ ⁊. detractionē. i. ſubſanationem ridiculoſam ſo
ciorum ſuoꝝ. Similiter ſupple alio exemplo vidimus fi-
lium p̄torie. i. prepoſiti ſuburbani mancipatū litteris ca-
nicula illa ſtella iſtigāte. i. furēte. aūt ꝓ certe cum ſubau
di ille p̄toris filiolus nō gauderet. i. frueret. ſolita vmbrel
la. i. conſueta vmbra. ipſe deſtitutus. i. derelictus ꝓpria
virtute. q̄ꝫ pro ⁊. ꝑmollitus. i. afflictus. pena ideſt morbo
hictericie. tandem. i. finaliter. attenuat⁹. i. cōſūptus ſpi-
ritibus vitalibus. occubuit. i. vitaꝫ clauſit morbo limpha
tico. i. aquatico qui eſt idropiſis ⁊ reliqui ecce. i. vide quā
tum difficultatis indiſpoſitio membroꝝ ſupple in thimo-
thei filio ⁊ intemperieſ aeris ſubaudi in p̄toris filio contu
lerunt teneritati puerili. ideſt ille namq̄ꝫ abiectio plebis
extitit hic v̄o infirmitatibus diem vite ſue miſerabiliter
clauſit

clauſit. ¶ Nota circa hoc qđ dicitur canicula. Duplex in celo canis eſt maior ⁊ minor. Maior alio noīe dicit̄ Sirius ⁊ habet in forma ſtellas. 18. extra vo. 11. Minor anticanis noīatur ſtellarum. 2. Cum vo ſol canem maiorem intrat calor duplicatur ⁊ egritudines in humanis corporibus generant̄ qbus ad exitum multi pereūt ⁊ ab hoc canes dies caniculares dicti ſūt. Et de hoc Perſius inquit. iam ſicca canicula meſſes excoquit. ⁊ in hunc canē licentia poetica fingitur dicar caniculam fuiſſe mutatam. ¶ Notandum ꝙ lepra eſt morbus conſimilis corrūpēs figuram ⁊ formā ⁊ cōpoſitionem membroꝝ ⁊ ſic finalr̄ ipſum continuum ſoluens ꝓueniens ex materia melancolica diſperſa per totum corpus. Et hec aut introducitur ab vtero aut poſt. Si ab vtero hoc eſt qꝛ generatus eſt tpe menſtruorū aut qꝛ filius eſt leproſi: aut qꝛ leproſus concubuit cū muliere pgnante. Si poſt vterum hoc ꝑt eſſe: quia aut aer eſt malus ⁊ corruptus peſtilentialis aut continuauit cibaria melancolica. ſ. lentes ⁊ alia legumina ⁊ carnes melancolicas vt vulpes vrſi ⁊ apri ⁊c. ¶ Notandū eſt ꝙ Ictericia eſt vniuerſalis defedatio cutis ſicuti morphea eſt defedatio cutis maculoſa. ſed tñ differunt in hoc qꝛ morphea eſt ꝑꝑ errorem tercie digeſtiue: hec tercia ꝑꝑ errorem ſecūde. Et ſunt tres eius ſpecies. ſcilicet citrina viridis ⁊ nigra. ⁊ hunc morbum frequenter ydropis ſequitur q eſt error virtutis vnitiue in toto corpe ſequēs mutationē virtutis digeſtiue in epate. ⁊ ita ydropis eſt error virtutis digeſtiue in epate. ⁊ Itē loripes. i. claudus habens pedem tortū ad lori ſimilitudinē vel habēs pedē ligneū loris alligatū de quo Iuuenalis loripedē rect⁹ deridet ethiopē alb⁹. Item gibb⁹. i. ſtrūa ſꝫ intereſt. nā ſtruma i pectore ē: gibb⁹ i dorſo vñ Iuuēalis. ſtrumoſū. atqꝫ vtero parit gibboqꝫ tumētē.

¶ Cibariorum autem mediocris ſit facultas.
Potus autem ſit tenuis eiuſdemqꝫ parcitas.
Veſtium autem ſimiliter abſit penuria.

¶ Cibarioꝝ autem. In hac parte Boeti⁹ ꝑtractat de his que circa iam nouiter introductū reſpicienda ſunt. ſ. debita ciborum potus atqꝫ veſtimentoꝝ ſubminiſtratio ⁊ h̄ in generali. In tertio autem capitulo magis ſpecialius. ⁊ dicit autem pro certe facultas ciborum ſit mediocris. ſ. nec habundans neqꝫ deficiens. potus autem tenuis ſuppleſit. qꝫ ꝓ ⁊ parcitas. i. modicitas eius ⁊ penuria. i. carētia veſtium abſit. ¶ Notandū ꝙ natura ꝑ ſe non eſt ſufficiens ad ſpeculandum ſed oportet cibum ⁊ potū ⁊ reliquū famulatum preexiſtere. ſed hec nullo modo exceſſiua cuꝫ natura modicis minimiſqꝫ contenta ſit libro ſecundo de conſolatione pħie proſa quinta. Tolleranda ergo fames eſt vt inquit Seneca. 15. epiſtola quam tollerauerūt qdā in obſidione exemplo maiorum noſtrorum q terras luſtrabant ac maria non vt mulſum vinū precioſuſqꝫ cibus fauces eorum tranſiret ſed ſoli cōtemplationi dediti maluerūt potius comedere vt viuerent ꝗ̄ viuere vt comederent. Tirannides enim atqꝫ ſubuerſiones vrbium bellaqꝫ vel hoſtilia vel ciuilia vti Hieronymus in epiſtolis teſtatur non pro ſimplici victu olerum pomorūqꝫ excitari Diogenes aſſeruit ſed pro carnibus epularumqꝫ deliciis legamus ꝑ deceſſoruꝫ libros antiquoꝝqꝫ volumina Dicearchi xenophontis. Ioſephi. Euboli. reliquorūqꝫ pene omnium q hiſtoriam ſcribūt ⁊ nil aliud reperiemus ꝗ̄ vilibus cibis ⁊ his mediocriter veteres illos ob ſtudiuꝫ victitaſſe crapulam quoqꝫ atqꝫ delitias veluti contemplationum impedimenta penitus euitaſſe. ipſe enim delicie mentē humī deiciunt atqꝫ eam corporeis neruibus retentam ne in apicē cōtemplationis eleuetur ꝑpediunt. Modeſtia autem victualium econuerſo. quo fit vt Iuuenalis graculum eſurientē in celum eleuet. Perſius quoqꝫ flaccus. Pſitacum picas coruoſqꝫ noſtra inquit verba conari. dicit Iuuenalis de graculo. Graculus eſuriens ſi in celum iuſſeris ibit. ⁊ item de reliquis Perſius: Quis expediuit pſitaco ſuum chere. Coruos quis olim ſuum cōcauū ſalutare. Picaſ qꝫ docuit noſtra verba conari. Magiſter artis ingeniiqꝫ largitor Venter negatas artifex ſequi voces.

¶ In primis igitur figurarum elementa repreſentantium imprimenda eſt dilectio. coniungenda rumqꝫ litterarum non parum artificioſa coniunctio Nec tali laborioſo certamini multuꝫ eſt inſiſtendum: nec cito vt Seruio placet abeundum. qm̄ ſi viſus eſt in multis promptior: in aliis reperitur tunc ⁊ habilior:

¶ In primis ⁊c. hec eſt ſecunda pars principalis huius primi capituli in qua Boeti⁹ pertractat de his ſpecialiter q̄ circa erudiendi animuꝫ verſat̄ atqꝫ eū exornant fouentqꝫ vti ſunt doctrine ⁊ ſcientie quibus ipſi rudes iam primum litteris mācipati ſunt erudiendi. Et diuidit̄ hec ſecunda pars in tres partes. In quarum prima oſtendit in quib⁹ ipſi rudes primitus ſunt imbuendi. In ſecunda in quibus ſecundo ibi. Completo. In tertia in quibus tertio. ibi. Viſis autem leuitatum. Prima harū adhuc in duas ptes ſubdiuiditur. In prima oſtendit qūo rudes primit⁹ in grāmatica imbuantur poeſi. ⁊ rhetorica. In ſecunda cautelā circa hoc ſubminiſtrat. ibi cauendū. Prima iteruꝫ ī duas nam primo oſtendit qūo in grammatica erudiantur. ſcđo qūo in poeſi ⁊ rhetorica. ibi Senece traditio. Prima adhuc. in duas. nam primo facit quod dictū eſt quo ad prima grāmatice elementa ſcđo quo ad ſecūdaria fundamenta. ibi. Secundū laborioſi. Prima iteꝝ in duas. primo facit qđ dictuꝫ eſt. ſecūdo temp⁹ circa hoc ſtatuit quo huiuſmodi eruditioni ſit īmorandū. ibi. Nec tali laborioſo. Et dicit primo Boetius ꝙ dilectio figurarum repreſentantium elementa. i. litteras eſt imprimenda rudibus ī primis. i. in principio. qꝫ pro ⁊ coniunctio. i. combinatio coniūgendarum ſubaudi litterarum ad ſyllabas et dictiones faciendas: cōiunctio inquā artificioſa non parum. i. multum ⁊ tangitur ibi liptote. deinde. temp⁹ quo huic ſit īmorandū ſtudio adicit dicens. Nec eſt inſiſtenduꝫ. i. īmorandū multū tali laborioſo certamini. ſ. ſtudio. nec eſt abeundum. i. recedenduꝫ cito. vt Seruio illi magiſtro placet et eſt parenteſis. qm̄ ſubaudi ſi puer viſus fuerit promptior idest potentior ex frequenti ſupradictorum vſu in multis ideſt multo tunc reperitur habilior in aliis ſcientiis ſubaudi altioribus. ¶ Notandum ꝙ Boetius dicit rudes primum in grāmatica ibuendos ⁊ ratio huius ē qm̄ vt vult Alforabius ipſa grāmatica mater eſt aliarum artium que a litteris nomen acceperit. Dicitur enim grāmatica a grāma qđ eſt littera ⁊ icos ſcientia. ipſa enim eſt qua conceptus humani demum cuncte doctrine aptius liberiuſqꝫ ſignificantur. hanc neceſſitas adinuenit. cum enim ante ei⁹ inuētionem homines inordinate atqꝫ ꝓ libito et ſine arte loquerentur eueniebat vt minus bene conceptus ſuos exprimere: ſed et minus apte intelligere valerent. quo fiebat vt tardius ac difficilius ſcientias tradere poſſent. qua de re curauerūt ſapientes has incōmoditates tollere: tradiderūtqꝫ artificioſum loquendi modū vniformē ac congruū vt oēs conceptus humāi demū cuncte doctrine per eandē artē liberi⁹ ſignificarent̄ et adiſcerētur. ¶ Notādū ꝙ boe. vocat omnes litteras elementa et non incongrue. ſicut eniꝫ ipſa elementa principia ſunt omniū elementoꝝ: ſic lr̄e principia ſunt omnium dictionum et exinde orationuꝫ. quo fit vt ſicuti ex diuerſa cōmixtione elementorum diuerſe fiunt elementorum ſpecies. ſic quoqꝫ ex diuerſa combinatione litterarum diuerſa fit vocum dictionum et orationum rep̄ſentatio. Et has litteras multiplici manerie fore noſcim⁹ quaſdā enim hebreas: alias caldeas: alias egyptias: alias grecas: alias latinas. hebrearuꝫ litterarū quaꝝ primus ut dicunt inuentor erat moyſes: et ſunt numero. 22. Sirioꝝ autem et caldeoꝝ hebreis litteris numero et ſono cōcordātes ſolis caracteribus differētes litteras. Abraam inueniſſe creditur. Egyptiorum vo litteras. Iſis regia Inachi fi

lia de grecia veniens in egyptum reperit ⁊ egyptiis tradidit. Literarum autem grecarum vſum primum fenices reperierunt. vnde Lucanꝰ. fenices primi fame ſi credit̃ auſi Menſurã rudibus vocemq; ſignare figuris. Sed cadmꝰ Agenoris filius grecas litteras ex fenice. 15. attulit in greciam. quibꝰ Ipomades in troiano bello tres adiecit. poſt quẽ ſimonides artificialis memorie inuentor tres alias addidit. Latinas vo litteras. vt refert Iſidorus cui in his maior eſt auctoritas. Carmẽtis nympha prio Italicis tradidit verum. 17. Litteras ſolum exhibuit que ſũt. a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. r. ſ. t. v. Poſtmoduz autem. h. littera pro nota aſpirationis addita eſt. litteram etiam. q. in pro ceſſu temporis latini inuenerunt loco cuiꝰ veteres. c. ſcribebant. rurſus Saluſtius ludi magiſter primo. k. adinuenit loco cuius veteres. c. ſcribebant atq;. q. Inſuper ex tẽpore Auguſti. zo. littera aduncta ẽ. ⁊ poſtremo eiuſdẽ Auguſti tempore latini a grecis duas litteras mutuarunt. ſ. y. ⁊. z. pp nomina greca melius ſcribendũ qbꝰ oibꝰ adunatis latinũ ydioma. zz. litteris integrari manifeſtuz eſt.

¶ Secunduz laborioſi certaminis ſtat edificiuz i Probi Didimiq; traditõibꝰ: necnõ aliorũ philoſophoꝝ quos venerabilis commendat auctoritas. Animaduertendum eſt ãt in huiuſmõi vt fideli reſolutiõi ſubiaceat lata traditio: ⁊ adiſcentis idioma verbotenus explicatum ſit. fundamẽti enim tenacitatem in his oportet conſiſtere.

¶ Secundum liborioſi. In hac parte oſtendit quibus debent rudes informari poſt prima grãmatice elemẽta atq; elementorum combinationes. Et duo facit. naz primo facit quod dictum eſt. ſcdo circa hoc eruditiõis huiuſmodi modum tempuſq; decernit. ibi animaduertendum. Et dicit ſcdm edificium bene quidem edificium ſimilitudine q̃dam dictum. nam ſicuti ſapiens architector domum cõſtruendam ex minimis fundamentalibuſq; partibus ordinate itegrat. ſic ⁊ magiſter ipſe erudiẽdum ipſum ſingulis doctrinarum particulis fundamentoq; atq; baſe integrare debet. illud ergo ſcdm edificium laborioſi certaminis. i. ſtudii huius ſtat. i. firmatur in traditionibꝰ. ſ. ſcriptis ꝓbi q; ꝑ. ⁊ didimi boꝝ grãmaticoꝝ ⁊ alioꝝ. ſ. grãmaticorum quos auctoritas venerabilis cõmendat. Tũc modũ in huiuſmodi traditionibus obſeruandũ oſtendit. di. Certe animaduertendum. i. conſiderandum eſt. in huiuſmõi traditionibus ſtatim memoratis vt latina traditio ſubiaceat. i. correſpondeat fideli reſolutioni. i. expoſitioni ⁊ declarationi. vt. ſ. ignota ꝑ ignotiora vel vnũ pro reliquo non interp̃tent̃. Et aduertendũ eſt vt ydioma. i. loquẽdi ꝓprietas adiſcentis ſit explicatũ. i. declaratum verbotenꝰ. i. de vbo ad verbũ. enim pro q. tenacitatẽ. i. firmitatẽ fundamenti. ſ. grãmatice: ⁊ per ꝯñs oĩum aliaꝝ artium oportet. i. oportunũ ẽ ꝯſiſtere in his. ſ. ſupioribꝰ traditiõibꝰ q̃ſi dicat cũ hec ita ſint oportunũ ẽ vt hec fideliter ⁊ clare doceãtur. ¶ Notandum qꝛ noſtre grãmatice plures fuerũt p̃cipui ſcriptores ſicut Donatus cuius magiſter Didimus fuiſſe dicit̃ in littera poſitus. Priſcianus. Varro. ⁊ Quintilianus ⁊ reliq multiplurimi. inter quos poteſt numerari Ennius q metra compoſuit primꝰ. cui ſucceſſerũt Anacreõ. ſapho. Archilocꝰ. Simonides. calofonicꝰ. Aſclepiꝰ ⁊ multi alii quos longũ enarrare foret. hoꝝ ſcripta ⁊ ſi nõ oĩa tamen aliqua leuiora poſt prima elementa vidẽda ſũt.

¶ Nec mẽſtruoſo ſaltu phebes abeũdũ ẽ: nec ſolari curſu tm̃ cõfirmandũ: ſ; expleto mercurii iteruallo eodẽq; fere duplicato diligẽter imorãdũ. Diligẽtia n. cuiuſlibet opis obtuſitas pmollit̃.

¶ Nec menſtruoſo. Hic ſubdit quanto tpe in hoc ſecundo adiſcendi ordine imorandũ ſit. ⁊ dicit nec eſt abeunduz. i. recedendum ſubaudi a ſtudio ⁊ certamine p̃dictarum traditionũ menſtruoſo. i. defectuoſo ſaltu. i. curſu lune q curſus menſe completur. Nec eſt imorandũ tm̃. i. ſolũmodo curſu ſolari. i. anno. per annũ enim motus ſolis ꝑficit̃. ſ; ẽ imorandũ diligenter expleto. i. completo vel toto interuallo. i. motu mercurii illius planete: ⁊ non vnico ſ; eodẽ ſc; interuallo duplicato fere. ſ. quaſi. ⁊ quia mercurius annis duobus curſum ſuum ꝑficit quibus duplatis q̃ttuor efficiuntur: liquet quatenus ſuperioribus doctoꝝ traditionibus quattuor annis diligenter ſit imorandũ. Diligẽter inquã qꝛ obtuſitas. i. hebetudo cuiuſlibet operis pagẽdi permollitur. i. facilitat̃ diligentia. ¶ Notandum l; ſm phm octauo politicoꝝ vtile ⁊ cõmendabile ſit participare aliqñ liberales arteſ atq; mathematicas quaꝝ vſus ordiatur ad exercitiuz excellentiaꝝ doctrinaꝝ vſq; ad certuz terminum. tm̃ ꝯtinue ⁊ aſſidue exercere ſe in eis vſq; ad quãcunq; ꝑfectionem nonnũq̃; nociuũ eſt: qꝛ ꝯtinua ꝯſideratio in illis retrahit aut ſimpliciter aut pro ꝑte ab vſu virtutis moralis. quare eſt ſtatutus terminus quo ipſis ⁊ earum cuilibet erit imorandũ. ¶ Notandũ ſicut iã pluries l ꝑhiloſophicis atq; mathematicis ꝓbatũ eſt: corpora ipſa ſiderea tam planetarũ orbiuz q̃; octaui celi qd Ariſt. primum mobile arbitratus eſt. lumen atq; clraritatem a ſole recipere. ipſe enim eſt fons luminis vti corporis ſui teſtat̃ imenſitas: qua terram vti Ptholomeus docuit cẽties ſexageſies ſexieſ excedit. ſilr in eo virtꝰ eſt vnitiſſima qd corporis ſui ꝓbat compactio. ſilr quoq; in eo lux eſt diffuſior quod ſua in medio orbiũ oñdit ſituatio. verũtamen in mõ receptionis lucis huiuſmodi inter corpora eſt differentia. Nam alia q̃dem in profundo recipiunt: vti ſunt corpora tranſparentia ⁊ diafonica: ſicuti ſunt fere oĩum ſtellarum corpora Alia in ſuperficie tm̃ vti ſunt corpora opaca: quorum numero luna eſt. quocũq; tñ mõ ſint neceſſe eſt vt radiorum lucis proiectiõi ſint obiecta. ⁊ quãto magis ab huiuſmõi radioꝝ proiectione elongantur: tãto magis ab ipſa luce deficiũt quo fit vt lunã ſolũ mẽſtruã. i. defectiuã iter corpora celeſtia exiſtimemus tã quo ad nos q̃; quo ad rei veritatem. quo ad veritatem q̃dẽ cum terre diametralis interpoſitio ne radiis lucis illuminet̃ ipſam obnubilat qd in eclipſi manifeſtum eſt. quo ad nos autem cuz noua nobis reuoluit̃. tempus quoq; reuolutionis huius veteres meuſem noiauerunt a mene quod defectum ſonat. hinc menſtruoſam lunam dicimus quaſi mẽſe quolibet defectiuaz. Volens itaq; Boetius certum terminũ in grãmatice rudimẽtis adiſcendis cõſtituere dixit: nõ fore abeũdũ a ſtudio hoc lunari reuolutione lune quã mẽſtruoſã dixit. ſ. menſe defectiuam. nec ſolari curſu hoc eſt ãno. ſol enim vti aſtrologis conſiderationibus iam dudũ demõſtratũ ẽ die quolibet. 59. minutis. ⁊. 8. ſecũdis in zodiaco fere graditur. qbꝰ per. 365. dies ꝯgregatis atq; ad itegros gradꝰ reductis: 360. zodiaci gradꝰ conſtituunt̃ ⁊ his. 12. ſigna itegrãtur. quare manifeſtũ eſt ſolẽ totũ zodiacũ. 365. diebꝰ q annũ efficiunt indubie peragrare. neq; etiam illo ſpacio ab hoc certamine abeũdũ Boetius ſtatuit ſed imorãdum eſt quattuor annis quos per mercurii motũ explicauit.

¶ Senece traditio. inexpletio Lucani. Virgilii ꝓlixitas. ⁊ Statii vrbanitas. dura flacci tranſlatio durior Perſii editio. Martiani non indigna leſio. Naſonis diſcretio ſunt indaganda memorialiq; celule commendanda.

¶ Senece traditio. Lucani inexpletio. In hac parte Boeti. oſtendit quibus doctoꝝ traditionibus poſt ſuperius memoratas doctrinas rudes ipſi ſunt imbuendi. Et diuidit̃ in duas partes. In prima dicit qꝛ poſt ſupradicta in poetaꝝ traditionibus i qbꝰ maior pars grammatice cõſtituta eſt ipſi rudes erudiant̃. In ſecũda quatenus in rhetoricis inſtitutis que poetrie coniunctiſſima dinoſcunt̃ poſtea imbuentur. ibi. Ceteroꝝ aũt. Et dicit hinc. i. poſt ſupradicta ſunt indaganda. i. perquirenda hec. ſ. Senece traditio. ſ. editio.

editio. Lucani inexpletio. qm̄ anteq̄ librum ſuū pficeret morte preuentus eſt. Uirgilii prolixitas ſcilʒ in ſcribendo ſtacii vrbanitas. i. curioſitas. ſemper enim rerū vrbanaꝝ ſcriptor extitit. flacci. ſ. Oratii dura tranſlatio q̄ vitiorū reprehenſiua. Perſii flacci editio durior ſubaudi q̄ʒ horatii tā ſtilo q̄ʒ vitioꝝ reprehenſione. Martiani leſio. i. reprehenſio non indigna imo digna. Naſonis ſupple! Ouidii diſcretio. hec omnia indaganda ſunt atqʒ cōmendanda. i. imprimēda cellule memoriali. i. memoratiue. ¶ Notandum licet ars ipſa poetica inter ſcenicas computetur. atqʒ Plato poetas a ciuitate expelli iuberet eo q̄ dicebat eos virtutū inimicos in quo ꝛ cum Tullius libro ſecūdo tuſculanaꝝ q̄onū cōmendat: nihilominus vtilis eſt ſi fini debito initeť atqʒ vſu licito exerceatur. adiſcūť nēpe in ipſa verba valde vtilia. Auguſtino lib. primo confeſſionum teſte. ſententiis grauiſſimis referta ipſius etiā ſtudia iuuentutem agunt: ſenectutem oblectant. ſecūdas res ornant: aduerſis perfugium ac ſolatium pbent: delectant domi: non impediūt foris: pernoctant nobiſcum: peregrinantur: ruſticantur: nec mirum cū ꝛ democritus tradiderit bonos poetas diuino quodam ſpiritu inflammari ex quo cecinit. Ouidius. Eſt deus in nobis: ſunt ꝛ cōmertia celi. Sedibus etherèis ſpiritus ille venit. Ipſa etiam poeſis rhetorice eloquentie maximū preſtat additamētū quare ꝛ rhetorice cōiūctiſſima eſt atqʒ pene germana. Eſt. n. vt īquit cicero finitimus oratorum poeta: numeris aſtrictior paulo. verborum aūt licentia liberior. multis vō ornandi generibus ſocius ac pene par. Cum ergo omnia hec poetriā afferre Boetius ipſe agnoſceret hortatur vt maiorum veſtigia ſequentes rudes ipſi poetas ſummopere amplectentur ꝛ hos maxime quos in textu commemorat inter quos Mantuanus vates Uirgilius tanto excullit vt optimus poetarum dici mereretur.

¶ Ceterorumqʒ philoſophorū prout ingenii ſuppetit capacitas non ſub ſilentio eſt pretereunda moralitas: vt ſic ſentētioſa dictaminis vigeat ſerēitas: ꝛ metroꝝ floreat iocūditas. O q̄ Tullii venerabilis facūdia ſūmis deſideriis ē collocāda.

¶ Ceterorū aūt phoꝝ. In hac parte Boetius oſtendit quō poſt grāmaticā atqʒ poeſim rudes in rhetorica ſint erudiendi. Et diuidiť in duo. nam primo facit quod dictum eſt ſecūdo anthonomaſice circa. M. Tullii ciceronis facundiam verſandum ſtatuit. ibi. O quantum. ꝛ dicit. Etiāʒ ceterorum phoꝝ moralitas non eſt pretereūda ſub ſillentio imo eſt totis niſibus amplexanda: ꝛ hoc quantum capacitas. i. valentia ingenii ipſius erudiendi ſuppetit. vt ſic ſerenitas. i. ſplēdor dictaminis vigeat ſententioſa. i. plena phorū ſentētiis atqʒ iocūditas metrorū floreat. ꝛ ide ſubdit. O q̄tū facundia venerabilis Tullii ē collocāda ſūmis deſideriis. qm̄ ſicuti Ariſto. inter phos. inter poetas Uirgilius ſic quoqʒ ipſe marcus Cicero īter oratores excelluit. ¶ Notādū circa hoc q̄ dicit vt ſic dictaminis ſentētioſa ꝛc. Cicero ipſe ꝛ reliqui qui rhetoricā docuere faſſi ſunt eloquētiam ſine ſapientia obeſſe plurimū ꝛ prodeſſe nūq̄ʒ: ſapiētiā vō ſine eloquentia plurimū pfuiſſe. hoc iniquum arbitrantes eloquentiam nō debere iudicari atqʒ laudari verboꝝ ſolo ſplendore ſed ſm̄ grauiſſimas ſentētias a vera ſapientia ſapienter elicitas. Par ergo ſubſtātie vel virtutis aut ſolide pulchritudinis orationi afferre videť qui ſolum rhetorice ꝛ eloquentie vacat. veluti qui nuda ex aliena precioſaqʒ materia verba ligat. qua de re Marcus cicero in eo libro quē de oratore ad quintū frēʒ edidit ꝛ ipſe Quintilianus cū de inſtitutione oratoria ageret raꝝ aut nullum fatentur optimū eē ea etate oratorē cui⁹ rei aſſerūt nō inſulſam cauſam. nā oratorē in omni ſapientie genere pſuadere oportet: vt ſic que alibi didicit cū ſplendore dicēdi pferat ꝛ bene quidem. quo enim pacto in ſacris litteris pſuadebit qui eas nūquā legit. aut qs in naturalib⁹ q Ariſtotelē reliquoſqʒ philoſophos non viderit. certe nullo. Coniungenda eſt ergo ſapientia cum dictamine vt ſic qd̄ in aliena doctrina concipiť ſub decore rhetorico pferať.

¶ Cauendum autem in huiuſmodi ne contingat vt Jotario contingebat. ipſe enim triginta annis ignorantiam ſuam predictorum philoſophorū in gymnaſiis tradidit imbuendam. Cum vero dies vt preeſſet mediocribus aduenisſet: cuius vxor eſſet Eneas dubitaſſe ſe diutius aſſerebat quem in emiſtigiorum Uirgilii ſerenitate iueniſſet. Requiſituſqʒ a quodam ſuorum diſcipuloꝝ qualiter primam huius dictionis ſyllabam magiſter vertere verſu poſſet. reſpondit abſurdū eēt tanti nominis primam ſyllabam abbreuiari ſed potius acuto accentu pronunciari. Ecce quantū dure ceruicis obtuſitas pdidit tēporis et expēſe.

¶ Cauendū aūt eſt ꝛc. In hac pte Boetius cautelam circa omnia predicta ſubiungit innuēs p eas ſuperioribus doctrinis ardue diligenter atqʒ cum profectu inuigilandum. Et tria facit pᵒ ipm̄ inconueniens precauendū oſidit. ſcd̄o pdicta epilogat cōcludendo ibi. Ecce quantū ꝛc. Et dicit cauēdū eſt aūt in ſuperioribus traditionibus ꝛ circa eas addiſcēdas ne id cōtingat alicui qd̄ contigit. i. euenit iotario ſic dicto. ipſe enim ſcʒ iotarius tradidit ignorantiā ſuā imbuendā. ideſt erudiendā gymnaſiis. ideſt ſtudiis pdictorum phoꝝ ſubaudi tam grāmaticoꝝ q̄ʒ poetaꝝ ꝛ rethorū. 30. annis. i. ſpacio. 30. annoꝝ. Cū vō dies vt pēſſet ſcolarib⁹ mediocribus ſubaudi eos erudiēdo aduenisſet: ſcʒ poſt expletū ſtudiū. 30. annoꝝ aſſerebat. i. affirmabat ſe dubitaſſe diuti⁹ cuius vxor eēt eneas quē ſupple eneā inueniſſet ī ſerenitate carminis dico emiſtigioꝝ. i. verſuum imperfectoꝝ. Uirgilii. Et rurſum idē iotarius regſitus. i. interrogatus a quodā ſuorū diſcipuloꝝ qualiter. i. qua menſura poſſet vertere verſu. i. in verſu primā ſyllabaʒ hui⁹ dictionis magiſter. Reſpōdit ſubaudi iotari⁹ abſurdū. i. incōueniens fore abbreuiari. i. corripi. ſ. in metro primā ſyllabā tāti noīs. ſʒ ſupple arbitrat⁹ eſt eā pnūciari acuto accentu. i. prolatione longa. eſtimabat enim ob honoris cauſam abſurdum nimium primam ſyllabā eius corripi. Tūc epilogando cōcludit dicens. Ecce q̄tū tempus q̄. 30. annos ꝛ quantum expenſe perdidit obtuſitas. i. hebetudo dure ceruicis. ¶ Notandū qm̄ ois cognitio teſte tullio in dialogo ad hortenſiū multis eſt obſtructa difficultatibus. Eſt enim ꝛ in ipſis reb⁹ obſcuritas ꝛ in iudiciis noſtris infirmitas. qua ex re ſocrates ipē nihil ſe ſcire dicebat. Inuigilandū eſt igiť ſtudio ſine deſidia queadmodū veteres ipſi ſapiē ſtuduerūt: vt ſic quātū mens imbecilla atqʒ ceruicis excludit obtuſitas: tantū iugis atqʒ diligens vigilātia adducat. ſic ſocratis mēorati fuere ſtudia: qm̄ vt ait Ualeri⁹ li. 8. addiſcere quotidie non deſiſtebat. De pictagora etiā fertur q̄ doctrinis iugiter inſiſtebat. vnde ꝛ eunodius ait Artiū magiſter eſt inſtātia. Nouerca eruditionis eſt negligentia. Hinc catho moralis monuit. Inſtrue preceptis animum: ne diſcere ceſſes. Nam ſine doctrina vita eſt q̄ſi mortis imago: Non ſic iotarius cui⁹ mores precauēdos boetius aſſerit. Hic nempe licʒ annis. 30. ſtudio incubuiſſet: nulla tñ ſcia cōualuit: cū ſe receptione vt decuit tradēti cōcordia non ſociauit. ¶ Notandum virgilius poſt multa atqʒ diuerſa ſua opera tandem eneidem aggreſſus eſt. Libꝛ quidem nominibus ac rebus grecis et latinis cōem. reliqtqʒ in eo morte preuentus quedā imperfecta. et ob ea igni ipm̄ cōcremari iuſſit. ſed iſtud haud factum eſt. Auguſtus vero iuſſit tuccā atqʒ varrum viros ea etate excellentes hac lege ipm̄ emēdare vt ſuperflua demerent: nil adderent tamē. vnde ꝛ ſemiplenos inuenimus eius verſiculos quos emiſtigia dicunt. De qua re ſulpitii carthaginen-

ſis ēttāt hmōi verſ⁹. Juſſerat hec rapidis aboleri carmia
flāmis Uirgilius phrigiū que cecinere ducē. Tucca vetat
varruſq₃ ſimul. tu maxie ceſar. Nō ſinis et latiē ꝯſulis hi
ſtorie ⁊c. Et in his emiſtigiis lotari⁹ ipſe imbecilla mente
eneā reperiens ipm vxorē fore cuiuſdā eſtimabat neſciens
phrigie ducē. Anchiſe patre venere matre ꝓcreatū eneā₃.
¶ Nota ceruix ꝓprie poſterior ps colli eſt: ⁊ qn̄q₃ accipit
ꝓ ſupbia. qn̄q₃ pro toto capite: ⁊ hoc modo hic capi ꝑt cū
df duꝛ ceruicis. i. duri capitis ad recipiēdū alta doctrinaꝝ.

¶ Completo autē nō idebite hmōi gynnaſii rudi
mēto ad maioris iqſitionis ſcie limina ꝓcedēdū
ē. Sciētie inq̄ quā veri falſiq₃ nouimus idagatri
cē: ſolamq₃ ſcientiā ſcientiarū titulo ſubtilitatis
obſtipātē ſubiecta. Hec eſt inquā ſcalaris domi
na que penetranti veſtium natura ad ſciētiarū q̄
rūlibet faſtigia prebet icremēta virtutū. Quid
autem lucidius cognitione qnq₃ vniuerſalium q̄
eſt triuialium ſcientiarum magiſtra. quadriuiali
umq₃ potētia: collateraliū ſciarū plenitudo.

¶ Cōpleto aūt nō idebite. Hec eſt ſecūda pars ſecūde ptis
principalis hui⁹ primi capituli in qua poſtq̄ boetius oſ
dit quib⁹ p̄io ab ifantia imbuēdi ſunt iuuenes: nūc decla
rat in qbus erudiēdi ſunt ſecūdo. ſ. in ipſis primordialib⁹
logice artis iſtitutis. Et diuidit hec ps in duas ptes. In
quarū pria ſe prioribus cōtinuās vt iformādos ⁊ erudien
dos attētos faciat logicā apte cōmēdat. In ſecūda ordinē
modūq₃ i logica ꝓficiſcēdi demōſtrat. ibi. Ad h⁹. Pria
i duas. nā p̄io dicenda dictis ꝯtinuat. ſecūdo logicā ꝯmē
dat ibi. Scie inq̄. Et dicit ꝙ cōpleto ⁊ ptrāſito nō idebi
te ſubaudi ſicut iotarius ipſe ſine fructu: ſed diligēter rudi
mēto. i. noua inſtructiōe hui⁹ gymnaſii. i. ſtudii grāmatice
ſc₃ ⁊ poetrie atq₃ rethorice ꝓcedēdū eſt ad limina. i. introi
tus ſcie que maioris eſt inquiſitiōis. i. inueſtigatiōis. Tūc
ad ꝯmēdatiōe₃ ipſi⁹ logice accedit ibi. Scie inq̄. Et diui
ditur nā p̄io cōmēdat ip̄a₃ quo ad ſe totā. ſcd̄o quo ad par
tem. ibi. Quid aūt cognitione. Prio cōmēdat ipſam totā
uno mō. ſecūdo alio mō ibi. Hec eſt inq̄. Et dicit. p⁹ p̄di
cta accedendū eſt ad limina ſcie maioris inqſitiōis. Scie i
q̄ quā nouim⁹ ſolā eē idagatricē veri ⁊ falſi. ⁊ hec eſt ip̄a
logica cū verū ⁊ falſū nō indagant niſi argumētatiōe me
diante. ſola aūt logica arguere docet. quare ⁊ ipſam ſola₃
īuenim⁹ ſciam ſciaꝝ p anthonomaſiā rōne cōmitatis eius
atq₃ adminiſtratiōis adminiculat nempe oībus ſciis ⁊ ea
re cōmētator ip̄am modū ſciēdi vocat cū dicit. Impoſſibi
le eni eſt ſcia₃ ſil querere atq₃ ſciēdi modū. l₃ hoc aliqui ſo
lū de logica vtente itelligāt. ſciam inq̄ ſciaꝝ obſtipātē. i.
circūeūte₃ titulo. i. honore ſubtilitatis ſubiecta. i. obiecta
aliaꝝ ſciētiaꝝ. Poſt hec cōmēdat eā alio modo ⁊ dicit. h
ſc₃ logica. inq̄ eſt domina ſcalaris. i. gradualis p ipſam
eni ad culmina oīum aliaꝝ ſciaꝝ aſcendit. cū ipſa ad oīm
methodoꝝ pricipia viā habeat. ⁊ hoc eſt qd̄ ſubdit que ſc₃
logica prebet penetrāti. i. rimanti faſtigia. i. ſummitates
quarūlibet ſciētiaꝝ incrementa. i. augmenta virtutū ſc₃ at
tingendi. ⁊ hoc natura veſtium. i. premiſſarū. ſ. maiore ⁊
minore mediāte. Et uocat ipſas p̄miſſas. ſ. maiorem ⁊ mi
norem extremitates veſtes p ſile. ſicuti eni veſtes ipſe cor
pus circundant atq₃ ꝯtegūt: ſic ⁊ premiſſe ꝯcluſionē ip̄a₃
includūt. Qua ex re dictū eſt ꝙ ipſis premiſſis poſitis ⁊
cōceſſis neceſſe eſt aliud ſc₃ cōcluſionē euenire ex his que
poſita ſunt ⁊ conceſſa. Tūc cōmendat ip̄am quo ad parte₃
Et dicit. ſed quid eſt lucidi⁹ cognitiōe vniuerſalium. i. ea
pte logice que de vniuerſalibus eſt que ſc₃ cognitio eſt ma
giſtra. i. magiſtratū tenēs triuialiū artiū. i. inter triuiales
artes que ſunt grāmatica logica rhetorica. q₃ ꝓ ⁊. eſt po
tētia. i. vis quadriuialium artiū ſc₃ ariſmetrice geometrie
aſtrologie ⁊ muſice. ipſe nāq₃ ſteriles mute atq₃ impoten
tes ſunt ſine logica. q₃ pro ⁊. ipſa eſt plenitudo artiū colla
teraliū ſc₃ oīum aliaꝝ. ¶ Notandū logica inter artes libe
rales ſecūda ponitur q̄uis Boetius ipſam poſt rhetoricā
moneat addiſcēdam. Et rōnalis dicit. ipſa eni₃ diffinire
docet atq₃ diuidere verūq₃ a falſo diſcernere. neceſſaria
certe ⁊ vtilis ars. quia ſm̄ hugo. in didaſcolicon p eā ſub
tilibus obiectionibus latens veritas reperitur. Hanc ſa
pientiſſimus Salomon in ꝓuerbiis addiſcēdā admonet
dū nos hortat vt intelligam⁹ ſermones prudētie verſu
tiaſq₃ verboꝝ nec nō pabolas ⁊ obſcuꝝ ſermonē. ⁊ dicta
ſapiētū ſil ⁊ enigmata. que oīa vti hyeronim⁹ ad magnum
oratorē ait dialetica ſunt. Auguſtinus etiā inter ceteras
artes logicā cōmēdat q₂ exercitatiora potioraq₃ reddit in
genia. Hec nēpe diſciplina eſt vt dicit Iſid. lib. 2. q̄ ad diſ
ſerendas reꝝ cāas ē adinuenta. quapropter ſciētia ſciaꝝ ē ſi
ne qua nulla aliaꝝ ſciaꝝ pfecte haberi pōt. ¶ Notādū ꝙ
vniuerſale ē qd vnū verſū i multis: ⁊ hoc duplici quidem
rōne phyſica ſc₃ atq₃ logica. phyſica nēpe rōne eſt ipſa cō
munis natura apta nata in multis repibilis ⁊ ab eiſdē pti
cipabilis equaliter vt hūanitas ſecūdū quā dictū ē ꝙ pti
cipatiōe ſpeciei plures hoīes ſunt vnus homo ex natura
rei ⁊ ibidē Genus quidē potētia multas i ſe h₃ ſpēs: actu
vero nullas Logica vero rōne ē ipſa vniuerſalitatis inten
tio prout intellectu cōficit vt genus ſpecies. ⁊c. ⁊ ſ₃ hanc
